Universitätsbibliothek Paderborn

# Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatæ, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

**Lanuza, Jerónimo Bautista de**

**Antverpiæ, 1649**

Quinto die Lunæ Quadragesimæ. Homilia Trigesimaqvinta. De missis ministris. Miserunt Prinicpes & Pharisæi ministros vt apprehenderent Iesum &c. Ioan. 7.

urn:nbn:de:hbz:466:1-53104

Visual Library

roni & Moyſi inſultauerunt; vel ignis de cælo deſcenderet multò iuſtiùs; quam olim deſcendit, & iniurias vindicauit à ducibus illis illatas Eliæ Prophetæ, verumtamen nedum hoc non agit, ſed illis portam (*a*) latiſſime aperit miſericordiæ: diuinæ ſuæ illis repræſentans perſonæ celſitudinem, & (*b*) vela explicans, breuiter illis ait: Mihi hoc concedite vt omnem auferam larnam, vobis etenim dico atque iureiurando confirmo: *Antequam Abraham fieret ego ſum.* Verbis illis diuinam ſuam eſſentiam expoſuit & æternitatem. O quantam illis proponit ante oculos lucem: *Ego ſum* adeo claram vt ad ſalutem totius prouinciæ Samariæ ſuffecerit inſtaurandam.

*(a) De par en par.*
*(b) Corriendo las cortinas.*

*Ho.30. in Ioan. verſus finem.* In mentem tibi veniunt (cum D. Chryſ.) verba, quæ Chriſtus habuit cum muliere illa Samaritana; etenim cum illa in diſputationem incidit, cum enim illi inſinuaret, quòd aquas haberet diuinis adeo commendabiles qualitatibus; vt ſi quis ex eis biberet, non ſitiret in æternum, & illa nominaſſet magnum illum Patriarcham Iacob qui puteum illum effoderat, & cuius operâ viuis illis poterentur aquis, atque ea occaſione à Chriſto percunctaretur: *Numquid tu maior es Patre noſtro Iacob, qui dedit nobis puteum iſtum &c.* Reſpondit illi Chriſtus & declarauit quòd ſic; quinimo ex occaſione verbum explicauit, ſeque manifeſtè Meſſiam verumque Deum aſſeuerauit, dicendo; *Ego ſum qui loquor tecum.* Quibus verbis tantam mulier ex hoc ſole lucem illuſtrata concepit, vt reuerſa Samariam, lucis huius fauſta nuntiaret, quo factum eſt vt tota pariter ciuitas eodem lumine colluſtraretur.

*Ioan. 4, 12*

O perduelles (inquit D. Chryſ.) non enim vobis cum illo: *Ego ſum* minora dixit; & iiſdem verbis auditis, nedum vos illi ſubmittitis, ſed corpus inclinatis, vt lapides, quibus eum homicidæ præfocetis apprehendatis Iure merito vobis Saluator ait: *Meretrices præcedent vos in regno Dei.* Matth. 21. 31. Regnum Dei dicit hic diuinitatis ſuæ & ſacratiſſimæ myſteria incarnationis. q. d. Meretrices vos præcedent in meorum cognitione myſteriorum. Samaritana illa meretrix illo verbo ſolis inſtar illuminatur; illi verò denuo obcæcantur. Fuitque lux iſta cœleſtis velut peplum quoddam & vitta groſſior oculis eorum obducta; & ſicut veſpertiliones, tanta obfuſcari & obtenebrari luce, cum illam cognoſcere debuiſſent, conantur eam extinguere; quocirca ad lapides ſe demittunt, quibus Redemptorem opprimant, & velut blaſphemum interficiant. Extemplo diſcedit Dominus locum illis non permittens, quo fetalem ſuam expleant voluntatem, ſed noctem illis relinquit infidelitatis. Vtinam ſuâ nos miſericordiâ illuminet, vt illum agnoſcentes & verba eius ſeruantes mortem euadamus & vitâ perfruamur ſempiternâ. Amen.

# SVMMARIVM

## HOMILIÆ TRIGESIMÆQVINTÆ SEQVENTIS.

CELEBREM refert D. Euangeliſta victoriam, quam Chriſtus de Principibus & Phariſæis retulit, inimicis ſuis mortalibus, proprijs illos armis ſuperans. *a.* Ad tria puncta contrahitur. Primum Principum illorum aperit peruerſitatem, quæ paruo tempore facta latuerat, ſed non mortua. *b.* Et hæc magna nimis. Primò: comprehendere enim volebant eum à quo non niſi beneficia receperant. *c.* Secundò: cum illis incumberet diſponere, vt Chriſtus acceptaretur ipſi ſint obſtaculo. *d.* Tertiò: qui iuſtitiæ eſſe debebant protectores, ſint oppugnatores. *e.* Quartò: quia iiſdem Dei donis, illi bellum inferunt: & ſcelera committunt atrociora *f.* Quintò: nedum illi peruerſi ſunt, inſuper & ſuos volunt miniſtros eſſe peruerſos. *g.* Secundùm punctum potentiam Chriſti manifeſtat, & amplius ſuam cum illis miſericordiam in tribus. Primò: quia cohibet illos, ne progrediantur vlteriùs pro mala ſua voluntate: hæc enim ſingularis eſt miſericordia, qua Deus quoſdam præuenit

*a §. 1. 2.*
*b §. 3.*
*c §. 4.*
*d §. 5.*
*e §. 6.*
*f §. 7. 8.*
*g §. 9. 10.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

præuenit peccatores. *h*. Secundò: Tempus illis modicum indulget, vt deſiſtant & in ſe reuertantur *i* ipſe namque Dominus eſt temporis, & de morte ſua diſpoſuit, moriens dum ſibi placet inimicis. *k*. Tertiò: corda miniſtrorum conuertit: effectus eſt hic verbi eius diuini præclarior. *l*. Tertio puncto, eius erga omnes declaratur miſericordia, dum voce canora flueta ſua offerens diuina, gratiarum, & donorum Spiritus Sancti *m*.

*h* §. 11. 12.
*i* §. 13.
*k* §. 14.
*l* §. 15.
*m* §. 16.

§. 1. *Illuſtrior multo fuit hac victoria, quam hodie Chriſtus refert ab inimicis ſuis, quàm illa famoſa Theodoſij eamque Dauid celebrauit.*

§. 2. *Hanc Chriſti victoriam eleganter cecinit Abacuc propheta, & mirabili celebrauit myſterio.*

§. 3. Miſerunt Principes. *Viua erat Principum malitia in Chriſtum: quandoquidem data occaſione proſiliat. Hinc examina, an in te etiam viua ſit.*

§. 4. Miſerunt Principes. *Grauis eſt hæc Principum iniquitas, velle Chriſtum capere: quia benefaciebat: generatio erant hi præpoſtera.*

§. 5. *Peruerſi Principes: qui cum debuiſſent laborare, vt à populo Chriſtus reciperetur, huic obſiſtunt, vt capita draconis.*

§. 6. *Plectenda Principum malitia: qui namque protectores eſſe deberent iuſtitiæ, eius fiunt proditores.*

§. 7. Miſerunt Principes. *Retorquent ipſi contra Deum ipſa arma, quæ Deus eorum tradiderat manibus. Graue facinus illorum, & multorum etiam Chriſtianorum.*

§. 8. Miſerunt Principes. *Principes grauiora committunt ſcelera; idcirco vidit illos Ezechiel in medio inferni.*

§. 9. *Principes qui miniſtros ſuos efficiunt malos, ſolemniter infernum intrant, ſicut Aſſur: ſtudere debent vt boni ſint.*

§. 10. Miniſtros. *Aliquando miniſtri Principes ſuos reddunt peruerſos: punientur ſicut Chaldæi & Menelaus.*

§. 11. Dixit illis Ieſus &c. *Cohibens Chriſtus miniſtros ſuam oſtendit potentiam, & magis ſuam miſericordiam: ſicut dum peccatoribus permittit, vt pro libitu ſuo faciant, ſuam demonſtrat indignationem.*

§. 12. *Grande malum, dum peccatori Deus permittit ire quodlibet; magna miſericordia dum eum refrænat, vt ipſe per Ezechielem populo ſuo declarauit.*

§. 13. Adhuc modicum tempus vobiſcum ſum. *Dei tribuitur miſericordiæ, quod modicum illis tempus permiſerit; & multum eſt illud dare peccatori.*

§. 14. Adhuc modicum tempus &c. & vado ad eum &c. *Chriſtus vt Dominus temporis, ſedem habet ſuper firmamentum: mortuus eſt, non quando voluerunt inimici, ſed cum ipſe voluit.*

§. 15. Quæretis me &c. *Hic oſtenditur verbum Dei viuum quod in cordibus operatur, & ſemper eſt audiendum.*

§. 16. In magno feſtiuitatis die clamabat Ieſus: ſi quis ſitit &c. *Tacuit Chriſtus ad ſui exonerationem: atque ad noſtram vtilitatem altius exclamauit, & quidem adhuc: aquas viuas offerendo.*

# HOMILIA XXXV.

## DE MISSIS MINISTRIS &c.

### Quinto die Lunæ Quadrageſimæ.

*Miſerunt Principes & Phariſæi Miniſtros vt apprehenderent Ieſum.* Ioann. 7.

1 HESTERNO Euangelio nobis Eccleſia aſſeuerauit Chriſti mortem non eius eſſe peccatis imputandam, quæ nulla habuit, ſed nec habere potuit; at noſtris. Hodierno verò nos inſtruit, eius mortem fuiſſe voluntariam, & quod ſi nollet ipſe, nedum manibus Iudæorum occideretur, ſed nec haberent vel capillum tangendi poteſtatem. Conſcripſit hoc D. Ioannes, in quo diuinus ille hiſtoriographus nobis occurſum ſpectandum offert infernalis malitiæ cum diuina ſapientia, in quo hæc glorioſa ſuperior euaſit triumpho: illa verò pudore & ignominia confuſa arenæ ceſſit. Vero certius erat ſic futurum, cũ mille abhinc annis Spiritus Dei futurum eſſe decreuerat: *Sapientiam non vincit malitia.* (Sap. 7. 30.) Partes ſuas agunt Phariſæi, vt filij diaboli, & proponunt manus Chriſto inijcere violentas, illumque capere. Similiter & Chriſtus ſuas peragit: ſcilicet non hoc illis permittit ſed ſummo eos pudore confundit. Concionabatur in templo Saluator, & conuicta Phariſæorum malitia, dum illorum contra ſe propoſitas refellit calumnias, tamque ſubtiliter, ac diuinè prædicat, vt turba non modica, imo pars eius plurima veritatis eius virtute ſuperata in eum crederet quaſi iam eos Chriſtus in triumphum duceret conuictos, totum cogunt concilium, & concludunt ſuos illi mittere apparitores ac miniſtros, vt illum caperent, vinctumque adducerent. Accurrunt magno bombitu & faſtu miniſtri, eò accedunt vbi Dominus Ieſus prædicabat, qui continuò ad eos conuerſus ſic ait: Iam noui qua veniatis intentione, & quo fine vos Domini veſtri miſerint: nimirum vt me captiuum comprehendatis. Reuertimini ad eos & dicite: quod ſi ipſi conentur me comprehendere, ego nolim adhuc comprehendi: ipſis vel inuitis vel conſentientibus: adhuc modicum in mundò victurus ſum, & quando voluero, & venerit hora, mihi à Patre meo præſtituta, qua mihi ſit moriendum, & ad cœlos emigrandum, tunc illis licentiam impertiar, vt ſua de me compleant occidendo deſideria. Dum Dominus hæc illis verbis loquitur, prædicans, ſuaque diuina efficax poteſtate ſic eorum corda permouit: vt illi ipſi tantum eius amore feruerent, vt ad Dominos ſuos regreſſi, illiſque quærentibus: *Cur non adduxiſtis eum?* Reſponderint: Hac eum vos via capite: Non eſt hic homo, qui capiatur, quinimo nos ipſi eius ſumus amore capti, eumque nobis in magiſtrum adoptamus; numquam etenim ſic homo in mundo locutus eſt. Concionem ſuam Chriſtus toto feſtiuitatis ſeptiduo, protraxit & vltimo qui cæteris erat ſolemnior, extollens vocem altius inuitauit omnes ad gratiæ ſuæ diuinæ fluenta, eorum manifeſtans originem, atque exclamans. *Qui ſitit veniat ad me & bibat.* Cum autem illi talibus potiti non ſint aquis, accurramus nos: etenim de illis ſecuti ſumus ab eo recipiendis, qui tanta has aquas offert voluntate; taleſque nobis erunt Mariæ Virginis interceſſione. *Aue Maria.*

### §. 1. *Illuſtrior multo fuit victoria, quam hodie Chriſtus refert ab inimicis ſuis; quam illa famoſa Theodoſij: eamque Dauid celebrauit.*

DIuus Auguſtin. feliciſſimo natus ingenio 2
cenſuit meritò celebrari victoriam quam *L. 5. de ci-*
Imperator Theodoſius retulit de Euge- *uit. c. 26.*
nio, quam vtpote miraculoſam exaggerat ſua *Tom. 5.*
doctus eloquentia Diu. Ambroſius. Erat Theo- D. AMBR.
doſius pietate & religione Princeps nemini ſe- *Epi. 58. ad*
cundus, ita Romanæ Eccleſiæ eiuſque cenſuris *Theodo-*
ſubditus, prout perſpicuum eſt in illa ſubmiſſio- *ſium Im-*

*peratorē. Tom. 5.* ne, quam nullus hominum ignorat cuia D. Ambroſio Pontifici humilis paruit: *Quid (vitiſteſtatur ipſe Diuus Ambroſius) eius religioſa humilitate mirabilius &c. Cum coercitus Eccleſiaſtica diſciplina ſic egit pœnitentiam, vt Imperatorum celſitudinem pro illo populus orans, magis fleret videndo proſtratam, quam peccando timeret iratam.*

I. Theodoſij de Eugenio victoria præclara.

In eum bella mouit iniuſta Tyrannus Eugenius, eumque tanto copiarum numero adorſus eſt vt non ſine ratione timuerit Theodoſius. Nihilominus vt Princeps verè Chriſtianus ad orationē confugit, ſupplex à Deo poſcens auxilium, quod illi Deus eximium adeò conceſſit & manifeſtū, vt in ipſo feruentiori conflictu, tantus ſubito ventus exurrexerit, vt illæ ipſæ ſagittæ, quas aduerſarius exercitus contra Theodoſium emittebat, in eos reinciderent, qui eas exploſerant, idque tanta vi, vt aduerſarios proſterneret, viribuſque deſtituerent vulneratos. Hæc hiſtoria (ſic D. Auguſtinus) ita per omnium ora volitauit, vt illam mihi teſtati ſint, qui prœlio præſentes interfuerunt adeoque per orbem celebris fuit vniuerſum, vt eam ipſi Gentiles decantarunt Deum Theodoſij ſummoperè laudibus extollentes, in tantum vt ipſe Claudianus Poeta Gentilis, & à fide noſtra alienus hanc illis elegantibus verſibus cecinerit.

*O nimium dilecte Deo, cui militat æther*
*Et coniurati veniunt ad claſſica venti.*

Profectò præclara fuit hæc victoria, vt ipſa tela ab inimicis contorta in Theodoſium, venti flamine tanti vi contra illos retorquerentur, vt eis oculos eruerent, corda transfoderent, & turpiter deiectos eos interimerent. Si quis in alterum tormentum exploderet, & manifeſtè ad oculum videretur, quòd alter ſolo ſuo halitu illud repercuteret, & glandem in eum retorqueret, qui illam emiſiſſet, idque tanta vi, vt alium ſolo proſterneret: victoria foret hæc omnimodè eximia.

II. Sed Chriſti de Phariſæis multo præclarior.

Sed inſignior multò fuit illa victoria, quam hodie Chriſtus obtinuit de maledictis Satanæ legionibus, quæ contra eum conuocant concilium. In eum emittunt apparitores, miniſtros, prætorianos, vt illi manus iniiciant, & ligatum adducant: Dominus autem ſolo oris ſui ſpiritu, vnico verbo, quo illos alloquitur, eos retorquebat, vt ipſos percutiant Phariſæos: ſic vt iiſdem telis, quæ vibrauerant, ipſi vincantur, ipſi confundantur, ipſe Chriſtus victoria triumphet glorioſus: *Miſerunt miniſtros.* Gloriatur Deus, ſe hoſtes ſuos propriis armis debellare. Quando Iethro filia ſua comite, ac nepotibus venit viſitaturus Moyſen, iam de Amalecitis hoſtibus triumphantem, introduxit, eum Moyſes in tabernaculum ſuum, totamque narrauit ei ſeriem rei geſtæ in Ægypto cum Pharaone: quo audito ſupra modum gauiſus eſt Iethro atque: *Nunc cognoui quoniam magnus Dominus, ſuper omnes Deos: eo quod ſuperbe egerint contra illos.* Ex. 18. 11. Legunt Hebræi vt aduertit Caietan. *Quia iure, quam impie egerunt ſuper ipſos.* Et nota, quod illud: *Impie egerunt,* in Hebræo ſignificat: *Studioſe impietatem exercere,* illud conſilium: *Venite ſapienter* &c. Aquis etenim conati ſunt populum demergere: ſed aquis illis, eos ipſos præfocauit, qui hanc moliebantur necem, ſic vt illis reſiſtere nequiuerint, vnde illi perierunt in ipſis iiſdem aquis ſubmerſi. Nonnulli, vt dixit Lypoma. legunt: *Quoniam ea res, qua inſoleſcebant ipſi ſuper eos, ſcilicet irruet.* Et ea de cauſa hoſtias Deo & ſacrificia immolauit: erat enim ſacerdos & cum eſſet Rex Madian, & fuiſſet idololatra, hæc Dei poteſtas illum in ſummam rapuit admirationem: *Obtulit ergo Iethro cognatus Moyſi holocauſta & hoſtias Deo.* Primum etenim holocauſtum quod inuenio oblatum poſt ingreſſum filiorum Iſrael in Ægyptū, eiuſque egreſſum, fuit illud Iethro, ob conceſſam à Deo victoriam Moyſi contra populi ſui aduerſarios, eorum vtente armis, quibus Dei populum oppugnarant.

Habes hic canente Dauid, quibus Deus celebres ſuos efficiat triumphos: *Gladium euaginauerunt peccatores, & intenderunt arcum ſuum, vt decipiant pauperem, & inopem.* Ps. 36. 14. Eduxerunt gladium ſuum, & arcus intenderunt contra Chriſtum pauperem. Ne timueris: in illos hæc arma retorquebit: *Gladius eorum intret in corda ipſorum.* Illud *Intret* vim habet futuri, q. d. *Intrabit*; hoc eſt eodem ipſe gladio cor illis tranſuerberabit, quo non minus illuſtrior eius futurus eſt triumphus, quàm ille quem Dauid retulit de gigante, dum propria illi machæra caput abſcidit.

III. Deus hoſtium armis triū phos ſuos celebrat.

Et verè, ſi Claudianus Muſarum gratia inſtructus (ſic humanitatis loquuntur auctores) eleganter triumphum celebrauit Theoſij, non minori Rethorices cœleſtis eleganti Diuino ſpiritu imbutus celebrauit illum Chriſti Dauid, in illo verſu quem aliàs expendimus: *Dum ſuperbit impius incenditur pauper, comprehenduntur in conſilijs quibus cogitant.* Pſa. 9. 23. Quantò ſuperbius feruet impius in pauperem, tantò pauper incenditur feruentius, & ſuis ipſi conſiliis colligantur & conſtringuntur quæ ſubdoli texuerunt: familiariter notum eſt nomine impij capi poſſe concilium, quod hodie conuocant Principes illi

Chriſti

Chriſti capiti inſidiãtes: etenim ſi ſit ille impius,
qui patri ſuo Deo contumax refragatur, optimè
tale conuenit nomen illis, qui ſic formaliter in
ipſam perſonam inſurgunt diuinam. Notandum
autem quod quamuis in prioribus verbis loqua-
tur in ſingulari, dicendo, *Impius*, quatenus vnita-
tem denotet concilij poſtmodum tamen loqui-
tur de eis in plurali, vt oſtendat huic multos in-
teruenisse concilio.

*L. 6. mor-* Pariter manifeſtum eſt, interprete Diuo Gre-
*ca.4.* gorio ſub nomine pauperis à Prophetis declarari
*Zach.9.9.* Chriſtum. Sic eum oſtendit Zacharias: *Ecce Rex*
*tuus, & ipſe pauper.* Hoc nomine compellat eum
*Amos 2.6* Amos: *Vendiderunt pro argento iuſtum, & paupe-*
IV. *rem pro calceamentis*; & vt talem declarauit eum
Chriſtus Apoſtolus dum ait: *Qui propter nos egenus factus*
antono- *eſt*: & optimè hoc dicere potuit: quandoquidem
maſtice Dominus adeo ſe pauperem publicauit, vt fate-
dicitur retur, ſe nec id habere, quod vulpes habent &
pauper. paſſerculi; id eſt quo confugiant, & caput ſuum
reclinent. Superbit igitur, inquit Dauid, impius
in pauperem, ſed tantò vehementiùs pauper in-
V. cenditur. Sumitur ab eo metaphora quem odor
Similitu- offendit ſuauiſſimi roſarij, ſeu florum manipu-
do. li, vel lux carbonis ardentiſſimi: quantò nam-
que ſtudioſiùs conatur lucem eius præfocare,
tantò creſcit lux, & ſplendet illuſtriùs, odorique
florum manipuli percipitur fragantiùs.

Pauper erat Chriſtus florum manipulus, ex
bonis omnibus, quæ Deus poſſidet, collectus, Di-
uinitate, humanitate, gratia, gloria, potentia &
*Coloſ.2.9* ſcientia: *In quo inhabitat omnis plenitudo Diui-*
*nitatis corporaliter.* Erat carbo in quo diuinitatis
ignis magis penetrauerat humanitatem, quam
ignis naturalis carbonem iam ignem ardentiſſi-
mum: ex quo tantorum mirabilium lux orieba-
tur in operibus eius, tantæque in verbis ſplen-
dor ſapientiæ. Impium Phariſæorum concilium
diabolica inflatum ſuperbia, illum conatur ex-
tinguere, ſuſſiant, ſuos mittendo lictores, Euro
velociores, eum apprehenſuros, conati carceribus
eum coarctare, quatenus ſic lucem eius obtene-
brarent, vt Herodes lucernam illam extinxit
Ioannem Baptiſtam. Sed eo ipſo pauper ſplendi-
dior incenditur, lux eius clareſcit anguſtiùs: e-
ius lumen clariùs augetur, eius odor amplius
tantò diffunditur: etenim illi ipſi, qui in eum
miſſi fuerant, reuertuntur facti illius potentiæ
tubicines, & cœleſtis eius ſapientiæ præcones:
in pleno namque concilio proteſtantur, & con-
ſtanter aſſeuerant: *Numquam ſic locutus eſt ho-*
*mo*: quaſi reipſa (interprete D. Aug.) faterentur in
eo ſupra hominem quid eſſe ſpectandum, eiuſ-
que vires, diuinas eſſe: cum corda nouerit ſibi
conciliare; His igitur miſeri illi ſuis in conſiliis
comprehenduntur, ſuiſque laqueis illaqueantur:
Saluator autem noſter tantò triumphat illu-
ſtrior. Hoc eſt quod Dauid ſubiungit: *Compre-*
*henduntur in conſiliis quibus cogitant.*

Tangere videtur ſententiam illam Eliphaz 5
Themanites potentia & ſapientia clariſſimi, qua VI.
declarat, in quo Deus ſuam præcipuè manifeſtet Chriſtus
omnipotentiam, & illam impletam oſtendit A- apprehẽ-
poſtolus in operibus Chriſti vt notat D. Chry- dit ſapiẽ-
ſoſtom. poſtquam enim præclara multa de po- tes in a-
tentia Dei diſſeruerat, quâ momento temporis ſtutia eo-
cunctas euertit malorum aſtutias: *Qui diſſipat* rum.
*cogitationes malignorum, ne poſſint implere manus* D. CHR.
*eorum, quod cœperant* (annectit) *Qui apprehendit* Ho.10. in
*ſapientes in aſtutia eorum, & conſilium prauorum* 1. ad Cor.
*diſſipat.* Verbum illud *Apprehendit* in Hebræo Tom. 4.
legitur *Lacad*, quod iuxta notationem noſtri *Iob.5.12.*
Pagnini, militare eſt, & ſignificat accipere, non 13.
vtcumque ſed vi armorum, eo modo quo ciuitas *Vide Pi-*
obſeſſa apprehenditur. Sic conſtat ex multis Sa- *ned. in c.*
cræ ſcripturæ locis. a. *Exploratores ceperunt vicu-* 5. *Iob.*
*los.* b. *Cunctas vrbes cepimus interfectis habitatori-* a *Nu.* 21.
*bus earum.* c. *Dauid cum dimicaſſet cepit Rabbath*, 22.
q. d. Iniicit Deus manus, ſubiicit, vincitque mun- b *Deut.2.*
di ſapientes, eis bellum inferendo. Et quibus ar- 33.
mis? Propriis ipſorum. Hoc eſt *In aſtutia eorum*, c 2. *Reg.*
In Hebræo illa præpoſitio *in* idem eſt ac Per: vt 12.29.
dixit Iacob: *In baculo meo tranſiui Iordanem.* Et *Gen.32.10*
Apoſtolus: *Locutus eſt nobis in filio.* q. d. vincit il- *Hebr.* 1.1.
las & ſubiugat aſtutiarum ſuarum propriis ar-
mis: *In aſtutia eorum.* Hoc eſt, eadem ſumens,
media quæ ipſi parauerant & concluſerant, illa
contra ipſos retorquendo.

Notauit antiquus auctor ille Seruius quod SERVIVS.
quotquot fuerunt ſcriptores in re militari ſcri- *In illud*
benda inſignes, vt publicè notum & acceptũ ſta- 11. *Æneï.*
tuerunt: hanc cæteris præcellere victoriam, quã- *De victa*
do propriis armis, ſcutis, & haſtis inimicorum *Aſia ſub-*
ipſi ſubiugantur, vincuntur, & occiduntur, quan- *ſedit ad-*
do quis extorto è manibus aduerſarij ſcuto, eo- *ulterο.*
dem ſe protegens proſternit feritque aduerſa- VII.
rium: *Qui ſcripſerunt de arte militari, dicunt ſum-* Victoria
*mum eſſe genus dimicandi: quoties calcato vmbone* quæ ſit
*aduerſarij, ſe in hoſtilem clypeum erigit miles, &* celeberri-
*ita contra ſtantis vulnerat terga.* Deinde idcirco ma.
Dauid aiebat, nulla poſſe comparari arma gla-
dio illi, quem de vagina gigantis eduxerat? *Non* 1. *Reg.* 21.
*eſt huic alter ſimilis.* Etenim in arenam deſcen- 9.
dens duello ferocem illum barbarum oppugna-
turus, eum illi victor abſtulit, eodemque caput
proſtrati detruncauit.

En

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

En tibi ait ſapientiſſimus Eliphas, in quo ſuã demonſtret omnipotentiam, quòd ſcilicet. *Apprehendit ſapientes in aſtutia eorum, Hoc eſt* (interprete D. Chryſoſto.) *ſuis armis eos ſubigit.* Hoc ſæpe numero, variis in occaſionibus, quas D. Greg. expendit, oſtendit Deus, ſed in hoc ſingulariter: quando dum Principes Iudæorum vſi ſunt miniſtrorum opera contra Saluatorem, ipſe Saluator eos apprehendit, eorum ſibi corda & voluntates ſubegit, & per eos, ipſos Principes rubore confudit. Non incongrua eſt lectio Diui Olympiodori. *a* quæ videtur conuenire D. Cypri. *b* nec non D. Ambroſ. *c*. *Qui arguit ſapientes in aſtutia ſua*: In mentem tibi redeat, quod heri diximus, quòd *Arguere*, ſignificet conuincere. Sapientes propriis conuincit argumentis. O quanta præſtares ſapientia inſignis, ſi per argumentum ab altero propoſitum, quo te criminis alicuius reum conuincat; adeo neruoſo, vt nullum ſuo iudicio reſponſum admitteret, tu eodem præualens euidenter illi probares, te ab omni ſcelere liberum, illum vero totius culpæ reum, meritoque damnandum.

D. Chr. Ho: 10. *it.* Tom. 4.
*Li. 6. mor. cap. 12. 13. 14.*

VIII. Talis fuit Chriſti victoria.

a *L. in c. 5 Iob. Cat. Grae.*
b. *Lib. de bona patien. in princ. & lib. Teſtim. ad Quirit.*
c. *In c. 3. 1. ad Corint.*

Memineris eius quod contigit in cauſa ſanguinis Suſannæ pudiciſſimæ. Peruerſi eam inſimulant ſeniores populi Iudices adulterij, argumentum autem fortiſſimum contra eius honeſtatem producebant ex horto & arboribus, teſtati quòd illam in flagranti delicto in horto inter ſpiſſas arborum vmbras reperiſſent, ſic vt ipſi ſoli eam potuerint intueri. Efficax argumentum, & facile creditu, cum delicti locum inter arbores deſignent. Ingreditur Daniel diuino numine afflatus, & ait: Adduc illos ad me, ipſe illos euidenter mendacij redarguam, ſic vt Suſanna ab omni flagitio innocens abſoluatur, illique totius flagitij compoſitores morti adiudicentur. Quomodò? Illis ipſis arboribus Viritim accedant: Primum interrogat. Dicito mihi, ſi crimen videris inter arbores committi: ſub qua, precor, arbore? Reſpondet hic ſub pruno, alter verò ſub ſcino. Audiſtis ex ore proprio mendacium: cum vnus teſtetur ſub pruno, alter ſub ſcino? Arbores illæ quas vobis ſumpſiſtis ad probationis argumentum, ipſæ ſunt, quæ puniendam veſtram detegunt nequitiam, & perfidam produnt euidenter paſſionem. Sic igitur illos conuicit, confudit, morteque damnauit, Suſannam ab omni ſcelere immunem, pudicitiæ exemplar abſoluit.

IX. Talis & Daniel in cauſa Suſannæ.

Eodem profecto modo Chriſtus hodie Principes illos propriis argumentis conuincit & mediis, & ipſis miniſtrorum arguit arboribus: illas etenim, quas ipſi proferunt, vt conſtet omnibus Chriſtum reum eſſe vinculorum & carceris, & miniſtros quos Chriſto capiendo deſtinant, ipſe Chriſtus aſſumit, quibus ſuam euidenter probet iuſtitiam, & ex æquo cõuenire, vt ipſe prædicet, ipſe viuat, ipſe doceat: graue nimis eſſe flagitium velle illi manus inücere truculentas tantorum auctori beneficiorum, illi os occludere, ex quo cœleſtis adeo doctrina manat auditoribus. Vnde diuina ſua fretus potentia illos commonet, & ad Phariſæos remittit, vt ipſos adeant, & elata voce fateantur quod. *Numquam ſic locutus eſt homo.* Quo facto tanto ſunt pudore confuſi, perculſi, proſtrati, vt teſte ipſo Euangeliſta, continuò ex Conſiſtorio diſceſſerint, nec in illo morari ſint vlteriùs, nec ſua proſequi fraudum machinamenta tentauerint: *Et reuerſi ſunt vnuſquiſque in domum ſuam*: & oraculum impletur eiuſdem Eliphaz: poſtquam enim dixerat: *Comprehendit ſapientes in aſtutia ſua*, ſubnectit: *Et conſilium prauorum diſſipat.* Quod Symmachus legit: *Diſturbat.* Etenim perſpicuè eorum diſſoluens technas, tantam excitauit in concilio turbationem, vt planè illud deiecerit, ſingulis ad ſua abeuntibus & per varia diuerticula, ſicut in cauſa adulteræ diffugentibus.

### §. 2. *Hanc Chriſti victoriam eleganter cecinit Abacuc propheta, & mirabili celebrauit myſterio.*

CElebris eſt adeo hæc Chriſti victoria, vt mihi perſuadeam, quòd in particulari voluerit illam Spiritus Sanct. ore vatis Abacuc decantari in illo ſolemni Cantico, quod de triumphis Chriſti compoſuit. Quantum ſpectat intentionem prophetæ variari video opiniones: enim nonnulli credunt quòd pro gloria Dei celebrare voluerit prodigioſa facinora, quæ fecit, dum filios Iſrael de ſeruitute vindicauit Ægypti; quidam arbitrantur illa tantummodo, quæ Chriſto ſunt propria, decantari. Porrò cæteris certius eſt, quòd ambo prædicare voluerit, illa per alluſionem ad hæc, & illa quidem vt horum figuram, & in his completa: vnde aliquando loquitur de præterito, velut de præteritis, alias in futuro, velut de futuris. Sic opinatur Diuus Auguſtinus qui data opera totum hoc Canticum explanauit, eſt autem hoc Canticum adeo myſticum, vt etiamſi omnes totius orbis Oratores, qui fuerunt, & erunt, in vnum conuenirent, non poſſent elegantiùs & ma-

4

I. Quænam fuerit intentio Prophetæ in hoc Cantico.

*Lib. 18. de ciui. c. 32. Tom. 5.*

& magis propriè triumphos hos explicare myſterioſos: licet loquatur per metaphoras & Hieroglyphica.

Primum exorditur declarans, quis iſte ſit Do-
Abac.3.3. minus veniens in mundum : *Deus ab Auſtro veniet, & ſanctus de monte Pharan.* Leguut Septuaginta. *A monte vmbroſo & condenſo*: quam lectio-
II. nem ſequuntur Græci Patres, imo & Eccleſia
Chriſtus latina in officio Paraſceues: *Deus* (inquit) *ab Au-*
deſcribi- *ſtro veniet*, id eſt à meridie : *& ſanctus de monte*
tur ab *vmbroſo & condenſo*, de pomario celeberrimo.
Auſtro Videntur hæc ſibi contradicere: pars enim meri-
venire vt dionalis, pars eſt lucis & claritatis illuſtrior. Si
Deus, & ex illa parte prodeat: qua veritate dicit, quòd de
à monte monte deſcendet vmbroſo & condenſo? Magnũ
vmbroſo hic latet myſterium, & his voluit metaphoris
vt homo. perſonam noſtri Saluatoris exprimere venientis: eſt etenim verus Deus, & verus homo, & ſicut hæ naturæ ſunt diſtinctæ, ſic eum introducit de diuerſis partibus orientem. Primus egreſſus eſt ab Auſtro & meridie clariſſima, id eſt ab intellectu Patris æterni, ex quo procedit & naſcitur verus Deus : *Deum de Deo, lumen de lumine.* De hoc Auſtro fulgentiſſimo deſcendit verus Deus, & dicere poteſt : *Ego ex Deo proceſſi, & veni.*

III. Secundus egreſſus eſt de monte vmbroſo, cõ-
D. Virgo denſo & arboribus conſito, hoc eſt de Virgine
mons di- ſanctiſſima, quam eleganter appellat montem, ob
citur vm- eius altitudinem cui conuenit illud de pſalterio:
broſus. *Mons Dei, mons pinguis, mons coagulatus, mons pin-*
Pſ.67.17. *guis, mons in quo beneplacitum eſt Deo habitare in eo.* Mons hic eſt condenſus omnigenis virtutum, donorum ac gratiarum conſitus arbori-
Ecc.24.25 bus vt profari poſſit : *In me omnis gratia, vitæ & veritatis: In me omnis ſpes vitæ & virtutis.* Optimè conſitum arboribus inuenit eam Angelus, quando eam ſalutauit: *Aue Maria*, Fuit mons hic vmbroſus: cum etenim Spiritus S. obumbrauit, vt in eius viſceribus Dominum hunc produceret.
Luc.1.35. ſic illi promittit Angelus : *Spiritus S. ſuperueniet in te, & virtus Altiſſimi obumbrabit tibi.* Proprietatem, qua loquitur, aduerte: cum enim idem ſit Dominus hic, loquitur diuerſis illum cõpellans nominibus: ſecundum quod procedit ab Auſtro, vocat eum Deum: *Deus ab Auſtro veniet*; ſecundum quod procedit à monte vmbroſo, dicitur ſanctus: *Sanctus de monte vmbroſo* : quia ſecundũ quod procedit à Patre: verus eſt Deus, & ſecundum quod procedit ex Matre, ſanctus eſt, conceptus ex opere Spiritus San. conformiter verbis Angeli alias expoſitis : *Ideoque & quod naſcetur ex te, ſanctum.*

Illum propheta contemplatur iam natum in IV.
mundo, eiuſque glorias ſpectat & trophæa, quo- Chriſti
circa ſic addit: *Operuit cœlos gloria eius: & laudis* natiuitas
*eius plena eſt terra.* Quanto lumine cœli, quan- prædici-
ta ſplendent claritate? Quàm cœleſtibus terra tur.
lætatur laudibus Angelorum, adeo diuina pſallentium melodia, vt totam impleant terram in-
tonando : *Gloria in Altiſſimis Deo, & in terra* Luc.2.14.
*pax hominibus bonæ voluntatis?* Ilico oculos ſuos ad altum Chriſti deflectit triumphum, eumque his verbis clariùs indicat : *Splendor eius vt lux erit, cornua in manibus eius, ibi abſcondita eſt fortitudo eius.* His verbis conſiderat ipſum, qualiter præſepis concluſus anguſtiis, fœnoque iacens tremulus, lucem ſuam mittat ad Orientem, qua Reges Magos illuminet, cetnitque manus eius fontes adeo (hoc enim phraſi Hebraica ſignatur per *Cornua in manibus eius*) vt ex illo ſtabulo ipſos adducat ſubactos, & ſubditos, ſic vt proſtrati & proni in eius pueritia diuinam adorauerint celſitudinem, in eius paupertate cœleſtes diuitias, in lachrimis eius gloriam beatitudinis, in eius infirmitate diuinam Patris fortitudinem: etenim *Ibi abſcondita eſt fortitudo eius.*

Progreditur vlteriùs, & præclari Regis huius V.
proſequitur victorias, & quibuſdam expoſitis, a- Hodierna
liam commemorat, quam vt opinor habemus præſer-
præſentem: *Aſpexit & diſſoluit gentes, & contriti* tum vi-
*ſunt montes ſæculi.* Septuaginta legunt : *Lique-* ctoria.
*fecit gentes*, cui lectioni adhæret Diuus Augu- Lib.18. de
ſtinus nec incongrua videtur Diuo Hierony- ciuit.c.32.
mo. a. corda liquefecit illis & viſcera, vnde con- Tom.5.
triti ſunt ſæculi montes altiſſimi. Non poterat a In c.3.
(ſi quid ſapio) ſtylo magis proprio & terſiori Abacuc.
hodiernam deſcribere hiſtoriam. Quales accur- Tom.6.
runt apparitores, lictores prætoriani, quanto faſtu, fremitu, boatuque turgidi (idcirco dicuntur *Gentes*) corde in Chriſtum obdurato contumaces: eò accedunt vbi Chriſtus prædicationi verbi Dei inſiſtebat, oculos hic ſuos ad eos conuertit, & ſimul ad eos verba ſua dirigit diuina, eorumque corda inſtar ceræ liquefacit ſibique ſubiicit: vt cuique eorum dicere licuerit: *Fa-* Pſ.21.15.
*ctum eſt cor meum, tanquam cera liqueſcens in medio ventris mei.* O ſupremam Dei potentiam! *Aſpexit & diſſoluit gentes.* Solo oculorum ſuorum intuitu.

Eximiam fuiſſe notat Spiritus San. vatis Eliæ 5
potentiam, qua tantum effecit, vt nullo negotio VI.
potentiſſimos ſibi ſubiecerit Reges Achab O- Eliæ lau-
choziam & Ioram filium eius : qua de cauſa datur po-
hoc illi canit epinicion : *Confregit facile poten-* tentia.
*tiam* Eccl.48.6.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*etiam ipſorum*, vires exerendo, non tantum in eo quod ipſos ſibi ſubiugarit, quantum in eo quòd maxima hoc facilitate, nec multa manuum cōmotione perfecerit, imo aliquando, quod magis mireris, ſola verbi ſui fortitudine. Quanto potiori iure, hoc de Chriſto decantandum: etenim ſola oculorum reflexione leones illos proſternit rugientes, agnos eos efficit manſuetos, ætea liquefacit eorum corda, & amore ſuo vehementer accendit! *Aſpexit & liqueſecit gentes.* Duritiem emollit, perfidiam conuertit, odium, quo flagrabant, extinguit, tenebras illuminat, & leones ferociſſimos in agnos tranſmutat manſuetiſſimos, inimicos ſibi, ſui facit amore feruidos, diſcipulos ſibi conciliat & adſcribit fideliſſimos: itaque feruentiori animo, quo in Chriſtum venerant, ad Principes ſuos reuertuntur & Dominos, linguas ſuas in laudum eius vertunt inſtrumenta, facinorum eius facti prædicatores, proteſtati, quod nedum illum non apprehenderint, ſed ipſi potius eius eſſent amore capiti, proponentes amodo perſonam eius claſſemque ſectari. Quo factum eſt vt contriti ſint altiſſimi ſæculi montes, Principes illi, ſummique ſacerdotes, quorum tunc temporis dignitas cæteris erat eminentior: *Contriti ſunt montes ſæculi.* Contriti ſunt, elumbi, exanimes, pudore confuſi, vt animus eis vltra non ſit quo ſe Dominus obiiciant aduerſarios. Et vt tales, ſuas vltra non proſecuti intentiones omnes de conſiſtorio veloces euolant, demiſſa facie verecundi: *Et reuerſi ſunt vnuſquiſque in domum ſuam.*

VII. Dauidis cum Iudæis colloquium.

Tali facinori tale competebat ſupplicium, quandoquidem cum quotieſcumque Chriſtum conati ſunt illaqueare, ſemper euentu ſiniſtro res illis cecidiſſet, idem hodie illis obuenire debuerit. Ne Dauidis verba illis appoſitè dicta trāſeamus, & alia quædam die Sabbati prætetito diſcuſſa. Prophetico lumine cernit illos in concilium conuenientes in Chriſtum armatos, & rationes, quas ibidem conferunt, qua ratione illum caperent, & quomodo tandem definiant ſuos illi mittere lictores; horrendo feroces ſtrepitu, vt eum captiuum adducant, vtique puniendum: *Quouſque irruitis in hominem? Interficitis vniuerſi vos, tanquam parieti inclinato & maceriæ depulſæ?* Dicite mihi Principes & ſacerdotes inſulſi, quouſque tandem violentus ille malitiæ veſtræ perſeuerabit conatus, quo hominem hunc euertatis, perdatis & occidatis nefarij homicidæ? Hominem eum vocat ad humilitatis deſignationem, quòd tanta modeſtus manſuetudine, nullo edito ſtrepitu, nullo militari cinctus præ-

Pſa. 61. 4.

dio ferox, oberraret, q. d. Quid in vos ſceleris homo hic commiſit: nec enim ciuitatem commouet, terram non perturbat, nemini oneroſus, imo potius omnibus ad ſummum beneficus: cæcos illuminat; claudis ſolidat greſſus, mundat leproſos, ſatiat famelicos, ſolatur afflictos, reſuſcitat mortuos? Quod eius ob crimen illi mortem intentatis: *Interficitis vniuerſi vos?* Sæpe ſæpius illi necem inferre moliti eſtis, & exitus voluntati non reſpondit. Recordamini qualiter illum capturi, produxiſtis adulteram, & tanto pudore ſuffuſi effugiſtis, vt non eſſet vnus, qui manere præſumeret. Cum alias viri manum aridam reſtituiſſet ſanitati, conciliabulum coegiſtis, vt eum perderetis: *Conſilium faciebant aduerſus eum, quomodo eum perderent.* Sed quam ignominioſe deluſi terga vertiſtis? Aduenſtis veſtræ legis argumentis armati quibus illum conuinceretis, & aſſumptis vobis Herodianis cenſuum Cæſaris emptoribus, ſolemnem quemdam coadunaſtis cœtum, vobis perſuadentes, quod nullo modo, veſtras valeret euadere verſutias & vos omnes ſtupidos mutoſque reddidit: *Quo vſque irruitis in hominem?* Quouſque tandem? An vobis videtur, quòd cum ſolus ſit, nullius in terra fretus auxilio, nullo Principum fauore dignatus, nullis copiis inſtructus militaribus, tam facili negotio poſſitis illum proſternere velut parietem inclinatum, nullo ſolidatum fulcimento, qui vnico corruet impetu, ſoloque deiicietur? Adeſte ſiniſtro numine nati, animo feruidi vt eum impietatis: verùm hoc ſcitote, quòd vos ſibi ſubiiciet vt cadens paries: omnes etenim aſſultus veſtri in veſtrum reuertentur damnum, & nominis veſtri redundabunt ignominiam, & eo ipſo quo diruere conamini dum eum ſtudetis apprehendere, vos ipſi capiemini, vos ipſi corruetis: Hæc igitur eſt illa glorioſa Chriſti victoria: eam ergo ad noſtram perpendamus vtilitatem.

Marc. 6. 3.

## §. 3. Miſerunt Principes. *Viua erat Principum malitia in Chriſtum: quandoquidem data occaſione proſiliat, hinc examina an in te etiam viua ſit.*

REfert D. Ioannes Euangeliſta Chriſtum 6
Dominum longum cum Principibus illis, Sacerdotibus & Doctoribus ſermonem inſtituiſſe, in quo ſic vt nullus alius eorum clarè cæcam conuicerit malitiam, vt quamuis eum

optarint apprehendere, non tamen attentare facinus præſumpſerint, imo decreuerint illum intactum dimittere, & abierint: quiætique videbant omnes ſuos in Chriſtum conatus nedum irritos eſſe, votiſque non reſpondere, ſed etiam ſibi in faciem retorqueri. Subitò vox in populo extollitur, qua ſe certatim omnes eius proclamant diſcipulos, in eum ſe credere dicuntq; ſinguli: quid alium vltra exſpectamus Meſſiā? quicumque futurus ſit, an alia poterit miracula ſignaque edere præſtantiora his, quæ nobis ſpectātibus facit homo ille præclariſſima? Numquid manifeſtioribus ac clarioribus poterit Meſſias ſignis approbari, conformiter iis, quæ de illo, qui Meſſias futurus eſt S. pagina, & prophetæ præcinerunt? *Chriſtus cum venerit, numquid plura ſigna faciet, quam quæ hic facit?*

I. Pertinax Iudæorū in Chriſtū odiū. Audiunt hæc illi, & ilico feralis illa malitiæ flamma in eorum cordibus inardeſcit & continuo concilium conuocant: quo eum perdere decreuerunt: atque ideo determinant vt apparitores probè muniti & obarmati procedant cum plena poteſtate, qua Chriſtum apprehendāt, vinculis conſtringant, captumque concilio repræſentent. Quàm euidenter, proditores, aſſeritis, dū fugam iniiſtis, quod ſiquidem veſtra diſſimulata eſſet tectaque malitia, non tamen extincta, non præfocata: quandoquidem, quàm primùm cernitis, quòd diuinis eum populus honoribus proſequatur, ſeque illi ſubmittat, flammas emittat in pectore veſtro contra ipſum viuas adeo & efficaces.

II. Similiter & Saul in Dauid. Perfidi Regis illius Saul corpus & animam diabolus poſſederat, cuius cor tartareo contra innocentem Dauid odio ſuccenderat, cum ita eſſet, quod non niſi beneficia à Dauid ille recepiſſet; ipſe Dauid & regem & populum ab interitu cladeque vindicauerat. Gigantem interficiens qui cunctos terrore nimio proſtratos ſubigebat; nihil adeo tamen ſuæ præfixerat Saul voluntati, nec ſtudium eius animumque exacuerat, quàm qua ratione eum poſſet de medio tollere. Furiis die quodam agitatus lymphaticis in eum ferebatur, porrò furorem Dauide declinante, iam quieſcere videbatur Saul eiuſque pectoris furor attemperari. Occurrit Dauid Ionathæ filio Saul primogenito, aitque illi: Dicito mihi clariſſime Princeps: cur me Pater tuus tanta perſequitur rabie, meamque meditatur necem hoſtis infenſiſſimus. Quid in eum, aut Regni commodū peccaui? Non niſi præclara ſunt mea in ipſum totumque populum beneficia, & quis hæc niſi mendax negauerit? Ne hoc animo tuo perſuaſeris: inquit Ionathas, quod ſi quandoque talis eum turbauerit cogitatio, iam ab ira quieuit, & odium quo in te feruebat acerbiùs, deferbuit: *Abſit non morieris.* Qua ratione hoc cognoſcam, quærit Dauid? Rem exploremus, & diſ- 1. Reg. 20. 7.
camus an completa ſit paterni pectoris ira, an verò ſolummodo diſſimulata: *Si completa eſt malitia eius:* hoc ſignificatur per illud verbum *Completa:* ſicut in eo quod ait Iſaias: vt læta hæc & accepta nuntiarent Hieruſalem, quòd Deus populi malitiam abſoluiſſet per redemptionem quam filius ſuus perfecerat: *Completa eſt malitia eius.* Quam igitur capiemus huius experientiam? Dicam tibi, ait Dauid, hæc erit omnium tutiſſima Kalendæ ſunt cras menſis, & ſolemne celebrabitur epulum. Inferes regali menſæ de me mentionem, meque quàm plurimum commendabis: obſerua eadem hora vultum patris tui: hic etenim, quali me affectu proſequatur, indicabit.

Eluceſcit prima dies menſis, paratur conuiuium, menſa ſternitur; nec verbum vllum loquitur Saul contra Dauid: gaudet Ionathas, aitque: Procul dubio extincta eſt patris mei in Dauid ira. Die altero rurſum aſſident menſæ, feſtum celebrant diem, & ſermo fit de Dauid in operum illius præconium & calumniarum abſterſionem. Ilico exilit de menſa Saul vt arreptitius, & lymphatico ſimilis in Ionathan filium; qui partes Dauid tueri videbatur, illique fremebundus exprobrat: vah te proditorem, *Fili, mulieris virum vltro rapientis:* an ergo me latet, quàm mihi texas traditionem, beneuolus illi, quem ego vt inimicum execror. An ego tuas ignoro nequitias; modo ipſe imperet, lætaberis, licet ego defecero, & tuæ ius primogenituræ deleatur. Attende quo filium epitheto compellet, q. d. filius es malæ matris ipſam denotans, quod cum Dauid fœdera ſanciret proditoria, & ipſe Ionathas, vt talis matris filius, partes Dauidis conſtans tueretur. q. d. Iam noui vnde iſta tua trahat originem nequitia: cum enim ſis inhoneſtæ mulieris filius, quæ Dauidis amore flagrat, tu vt eius filius eaſdem mihi moliris inſidias: *Numquid ignoro, quia diligis filium Iſai in confuſionem tuam & in cōfuſionem ignominioſæ matris tuæ &c.* Num ignorat quod *Omnibus diebus, quibus filius Iſai vixerit ſuper terram, non ſtabilieris tu, neque regnū tuū.* Hoc ſtat animo: continuò rapiant eum apparitores, & vinctum adducāt: viuit Dominus: reus eſt mortis. Deinde multis vtrimque peractis occurrit Ionathas Dauid, aitque. Heu dimidiū animæ meæ, quā veraciter dixiſti: diſſimulata erat fictaq; patris mei cōtra te malitia: quippe

pe experimento didici, nunc eſſe multo feruentiorem & acriorem.

III. Inde cognoſcitur peccatum eſſe omnino extinctũ. En tibi, quod accidit, hodie. Videbatur iam extincta Phariſæorum peruerſitas, ſola Chriſti bonitate victa, eiuſque ſubiecta mirabilibus. Sed aduertas eam multo acriorem; quandoquidem quàm primum intelligunt cum virtutum laude de illo ſermonem circumferri, tales excitentur flammæ, vt denuo nouis animis eum ſtudeant apprehendere, vt perdant: vnde ſuos ad eum mittunt apparitores. Inſuper ex his tu cognoſces, vtrum extinctum ſit in corde tuo odium ac malitia, qua in proximum incandeſcebas: quod ſi virtutum eius audiens præconia turberis, & nouo te moueas impetu, quo damnum eius exoptes, procureſque incommodum: An impudicitia, vitæque tuæ præfocata ſit inhoneſtas; ſi enim ex vno verbulo, quod tibi altera dixerit, vel ex nuntio quod tibi miſit, vel ex eius conſpectu, laſciuiæ rurſus in te ſupra modum ignis exardeſcat, ſic vt ad iniquam demum conuerſationem reincidas, affectu quam prius ſolebas, ardentiori, dicere poteris: *Non eſt completa malitia.*

7 Et per hoc optarem ego vt fructum inquireres, quem in hac quadrageſima retuliſti. Hæc omnis eſt noſtra intentio ac S. matris Eccleſiæ, quinimo & Spiritus S. qui eam gubernat, & inſtruit, vltimum propoſitum, vt peccatum compleatur: *Hic eſt omnis fructus, vt auferatur peccatum* ait propheta. Iſa. 27. 9. Ad hoc collimant ieiunia, vigiliæ, conciones: Ad hoc paratur aduentus filij Dei in mundum, laborioſa eius vita, mors eius doloroſa, ſanguis eius effuſus, horum dierum, Rom. 6. 6. quos nunc inchoamus, feſtiua ſolemnitas: *Vt deſtruatur corpus peccati, & vltra non ſeruiamus peccato*, vt ait Apoſtolus. Heu faueat mihi Deus, quantum timeo, ne in pluribus peccatum non ſit ablatum, ſed diſſimulatum, & fictum, non autem conſumptum planeque extinctum. Qua coniecturâ ad meum ſolatium, dignoſcam an ſit in me conſumptum ablatumque peccatum? Hâc tene, quam propoſuit David, ex ijs quæ tibi ſunt familiaria. Perpende quid tibi obueniat poſtquam peccata confeſſione expiaſti, nouumque emendationis vitæ propoſitum ſtatuiſti, numquam in idem relabendi peccatum & aliena reſtituendi; quod ſi continuò poſt illud quàm primum tibi ſeſe offert occaſio te ſentias victum, & peccatum in corde tuo vexillum erigat, eiuſque flamma in te rurſus accendatur iniquitatis; Time, non enim mortuum eſſe debebat peccatum, ſed tantummodo diſſimulatum, &, licet mortificatum eſſet & ſuppreſſum, realiter tamen viuebat.

IV. Similitudo. Quomodo probas ignem in fumario tuo vel batillo extinctum eſſe? Vides illum, vt non niſi merus ſit cinis, & aliquando ita frigidus, vt manu contingas, nec lumen vllum appareat, ſed nec vel minima ignis ſcintilla. Sulphuratum appone vel paleam, quod ſi ignem non concipiat, extinctus eſt omnino ignis: porrò ſi digito ſcalpendo, confeſtim flamma accendatur, ſic vt miteris: coopertus erat ignis non mortuus, viuus erat, licet non appareret.

Nolim autem docere ſignum eſſe certum & infallibile, quòd in te mortuum non ſit peccatum, quoties videro, quod poſtquam confeſſus es, planxiſti, & firma ſtatuiſti corrigendi vitam propoſita, ad illa denuo reuertaris: etenim tota eſt inconſtans & labilis noſtra in bono fortitudo: & ſicut puncto temporis per Dei miſericordiam tranſimus de peccato ad gratiam, ſpecialiter adiuti virtute S. pœnitētiæ ſacramenti: ſic vnico inſtanti, noſtra fragile infirmitate, vel malitia tranſimus & reuertimur de gratia ad peccatum. Eſt autem hoc adeo frequens, vt ſecundum D. Chryſoſto. eſſe debeamus ſicut ille, V. Similitudo. Hom. 3. de pœnit. qui in tali domo viuit, quæ quotidie ſordibus inquinatur, & non quia rurſus ſordidatur, omittit eam denuo expurgare, imo eo ipſo quo videt eam continuò ſordes contrahere, tantò redditur diligentior, vt ſemper ad manum habeat ſcopas domui euertendæ: & non idcirco munda non fuit, quia iam euerſa denuo ſordes contraxit quando illam expurgauit: ſed hoc SS. Patres admonent, & docet nos S. eloquium: vt valde ſibi timeat, ne mortuum non fuerit in anima eius peccatum, ille qui viderit quod ſtatim à peracta confeſſione, vitæque melioris propoſito, noua oblata occaſione ſe ab eo vinci patiatur: de talibus enim verum videtur illud: *Non eſt completa malitia.*

VI. Confirmatur in David & Saul. Exemplo diſce prædictum in ambobus illis toties nominatis viris Saule & David, quos ſæpe comparat ſibi mutuo D. Auguſt. ambo fuerunt de populo Dei: ambo de communi plebe oriundi parentibus abiectioris conditionis, ambo à Deo promoti in Reges: ambo eadem manu eiuſdem Prophetæ inuncti: ambo pacifica gauiſi ſunt regni poſſeſſione: ambo Reges cum eſſent in peccata lapſi ſunt: ambo moniti fuerunt, Saul per prophetam Samuelem, David per Nathan: ambo doloris ſigna ediderunt, & ſtudium aggreſſi ſunt pœnitentiæ: ambo confeſſi ſunt: *Peccaui Domino*: nihilominus in vno completa eſt vita peccati, fuitque realiter Deo reconciliatus,

accepta peccatorum remiſſione: in altero viuum remanſit, & ita viuum vt numquam mortuum ſit, ſic vt illud ad tartara ſecum traxerit. Quænã huius habemus indicia? Illa quæ commemoramus: quod ſcilicet vnus poſtquam ſe ex animo dolore pœnitens oſtendit, numquam in illud denuo ſit relapſus: alter verò poſt ſigna data pœnitentiæ, vt canis ad vomitum redierit, nec ſemel oblata occaſione frequentiùs.

VII. Dauid à minimis ſibi cauet occaſionibus.

Peccatum Dauid fuit impudicitiæ, & lapſus eſt adulterio, quo voluptati ſuæ carniſque vacauit inhoneſtè delicijs, alienam ſibi vſurpans vxorem, in cujus exarſerat concupiſcentiam, & virum illius quo liberiùs frœna laxaret impudicitiæ, morte necauit proditoria. Reprehendit illum acriter Nathan propheta, culpam agnoſcit, indicia dat contritionis verbis illis mœſtiſſimis: *Peccaui Domino*, quo peccatum eius completum eſſe cognoſcimus. Sed vnde cognoſcemus? ex eo quod numquam in illud ſit relapſus, imo in oblatis occaſionibus ſic vigil ſuper cuſtodiam ſuam ſteterit, mille territus ſuſpicionibus, idque tantum, quantum teſtatur notiſſima illa hiſtoria, quam in eundem finem perpendit D. Gregor. cum enim ſibi ad voluptatem vas aquæ deſideraret, de ciſterna Bethleem, patria ſua, & huius deſiderij ſigna quædam oſtendiſſet: tres ilico nobiles milites, perruptis hoſtium legionibus, nihil curantes vitæ periculum, illam hauſtam Regi bibendam obtulerunt: quam vt vidit, & quo diſcrimine vitæ illis hæc ſtetiſſet, intellexit, iam paratam bibiturus ſubſtitit, nec bibere præſumpſit, nec hanc ſuæ carnis appetitui voluit indulgere voluptatem; quinimo illam libauit Deo profundens eam; in conſpectu eius hæc verba prolocutus: *Num ſanguinem hominum iſtorum, qui profecti ſunt, & animarum periculum bibam?* An ergo voluptati meæ guloſus indulgeam, & in eo quidem quod cum tam aperto vitæ ſuæ periculo fideliſſimi mei milites attulerunt? abſit omnino: ſed Deo eſt in ſacrificium offerenda: *Pia conſideratione* (ſic Theodor.) *ſuperauit cupiditatem.* Quocirca ne putaueris oblationem aquæ primas in hoc ſacrificio obtinuiſſe; nequaquam, ſed ſuæ mortificatæ oblationem cupiditatis, dum aquam in terram effundit coram oculis ſuis, cuius tanto deſiderio flagrauerat. O quantam tu pateris appetitus mortificationem, quando deſideras aliquid, & hæc tibi ſtatuitur ante oculos, tibique dicitur: ecce quod tantopere exoptaſti: illo fruere: repellis tamen meliora ſapiens. Per hoc punire Dominus voluit errorem Moyſi, quem commiſerat ad petram: illi etenim præcepit, vt montem aſcenderet Nebo, ex quo totam poſſet perluſtrare terram promiſſionis cuius tanto deſiderio tenebatur, & quam quadrageſimo iam anno quæſierat; dicens illam intuere: nec tamen poſſidebis eam, nec ingredieris: *Vidiſti eam oculis tuis, & non tranſibis ad illam.* Eodem ſupplicio correxit Elias ducem illum Regi Samariæ valde familiarem, diffidentem verbis ac promiſſis à viro Dei factis, quibus copiam abundantiſſimam, tempore famis extremæ promittebat: dicebat enim: *Videbis oculis tuis, & inde non comedes.*

L. 7. c. 36. Ep. 12. ad Recared. Regem & l. 9. c. 39. ad Theopiſtam Patriciam.

2. Reg. 23. 17.

Theod. Lib. qq. in 2. Reg. q. 35. ad fin.

Deut. 34. 4.

4. Reg. 7. 2.

Et ſi veritatem loquamur non videtur acerbior poſſe dari mortificatio alicui fame grauiſſima laboranti, quàm illi à te panem demonſtrari candidum & optimum, illumque coram eo in micas comminutum per aëra diſpergi, dicendo, ex eo non comedes. Et ſimiliter ſiti rabida pereunti, quàm illi vas aquæ frigidæ & pellucidæ à te præſentari, non bibendam ſed in terram profundendam, his eum verbis irritando: inde non bibes. Hæc eſt illa mortificatio quam Dauid Domino conſecrauit, non tam aquam quam anhelum ſuæ carnis appetitum. Perpende quàm longè aberat, vt illi concederet illicita, qui etiã in licitis eum tam ſtricta lege refrænabat. Conſidera, quantum aberat vt alicui propriæ voluptatis ergo vitam auferret, qui vas aquæ quod intelligebat ſibi delatum cum vitæ nobilium ſuorum diſcrimine, bibere recuſauit, illudque ſolo proſtrauit, licet iam illi vitæ diſcrimen feliciter euaſiſſent. Ipſum Diuum Gregorium audiamus moralizantem: *Dauid qui alienam vxorem tulerat, aquam poſtea de ciſterna Bethlehemitica bibere noluit, quam cum ei fortiſſimi milites detuliſſent bibere noluit, eamque fundendo, Domino libauit: licebat enim bibere ſi voluiſſet: ſed quia illicita ſe feciſſe meminerat, laudabiliter à licitis abſtinebat: & qui pro culpa ſua morientiũ militum ſanguinem fundi non timuit, poſtmodum ſi aquam biberet, etiam viuentium militum ſanguinem ſe fudiſſe iudicauit dicens: num ſanguinem iſtorum hominum, qui profecti ſunt, bibam?* Hæc igitur eſt, ita hæc eſt optima confirmatio completas eſſe in te perfectè delicias, & carnis appetitus, in eo quod Deum offendebas.

D. Greg. Ep. 39. ad Theophiſt.

VIII. Quale fuerit peccatũ Saul.

Peccatum Saul diuitiarum bonorumque temporalium ſcribitur eſſe cupiditas vt regni ſui terminos latiùs extenderet: etenim ea cauſa Regi Amalec vitam condonauit, & pretioſa quæque ſibi ſeruauit Amalecitarum contra expreſſum Dei mandatum. Accedit vates Samuel de peccato correpturus, his minis eum percellens, quòd

Deus

Deus ſceptrum illi regnumq́ue adimeret. Exteriora ſi conſideres, ſigna dat contritionis, veniam deprecatus iiſdem verbis, quibus Dauid dicendo: *Peccaui Domino.* Sed non idcirco veniam

IX. Non verè de illo doluit.

conſecutus eſt, nec in Dei gratiam reſtitutus: quia peccatum in anima eius ambitiones ac ſuperbiæ viuum permanſit, non extinctum. Vnde cognoſcimus hoc? In eo quòd præmiſſis tot doloris indicijs, ad primam occaſionem victus tentatione ſuccubuit, hanc oſtendens ambitionem effrænem adeo & inordinatam, vt aduertens Dauidem in populo auctoritate paulatim excreſcere, ſibi perſuadens honorem alteri delatum in ſuum tendere detrimentum, illi perſecutionem indixerit qualem nouimus, immaniſſimam, ita vt, ſi vel aliquo tempore nimia quam cernebat in Dauid, bonitate ſuperatus, eiuſque victus beneficijs, ſibi temperaret vt iam verè diceres cōpletam eius malitiam, nec non iurauerit, ſicut ſæpenumero iurauit, quòd eum denuo non eſſet perſecuturu; nihilominus ad primum venti turbinem poſt hæc exorientem atque ad nouum tot præmiſſis actibus amicitiæ ac fœderis flatum tā ardentes in eius viſceribus cœperunt odij flammarum ignes exardeſcere, vt liquidò conſtaret, viuum hactenus in eius corde rancorem contra Dauid ſuperuixiſſe, eiuſque adeo viſceribus radicatum medullitus, vt in illo perſiſtens obierit mille gratiſſima præda diabolis.

X. Non facile credenda eſt vera pœnitentia.

Ne nimium de altero confidas eo quòd vitæ melioris intelligas propoſita, & talis amplius ſe oſtendat minimè recordari mulieris, nec eius habeat memoriam, quæ fuit illi quondam offendiculo, nec non memoriam abiecerit iniuriæ ab alio ſibi irrogatæ, vel quia male parta decernit in integrum reſarcire: quod iam ſit omnino reſtitutus: etenim latet abſcondita in corde malitia: & vt ait D. Gregor. cui credo: *Sæpe humana mens ſibi mentitur.*

D.Greg.

Tibique cum peccato contingit quod alteri tertiana, vel quartana febri laboranti, die namque intermedio, vel quietis non apparet, & habes te quaſi iam humor ille malus

XI Similitudo.

euanuiſſet: attamen ſtatim altero die tanta refereſcit acrimonia, vt liquidò conſtet, fuiſſe tantum intermiſſam & latentem, non autem omnino extinctam. Sic præteritis diximus diebus, quod non, quia hic exſpirans & mortis preſſus anguſtijs multa promittit, & melioris frugis vitæque faciat propoſita, nec non ſigna det quibus præterita deplangit: idcirco tibi perſuadere debes firmiterque credere, quòd completum & extinctum ſit in eius corde peccatum, & ille Deo per gratiam ſuam reconciliatus, qui iam in anima eius per eam regnet: etenim ſimul conueniunt nec repugnant ſigna iſta cum peccato in anima eius viuo velut ob dormiente & mortificato: ſi namque daretur occaſio, ſtatim manifeſtaretur.

Hinc reſponſum colligitur quod D. Thom. totius Theologiæ Doctor primarius deſignat admirationi quorumdam, de ijs quæ S. pag. nobis teſtatur de quibuſdam peccatoribus qui quantū ad exteriora, videbantur ex animo ſyncerè renuntiare peccato, verèque pœnitere, atque ad Deum ex toto corde ſe conuertere, mille ſe votis obſtringere, multa eaque non minima contritionis ſigna exhibere, quibus pateſceret quod in eis peccatum omnino completum eſſet & abſolutum; nihilominus æternæ ſint morti deſtinati, quos diabolus ſibi prædam ſecum ad inferos abduxit cruciandos. Licet etenim exterioribus cūſideratis videretur quòd iam peccatum eſſet in eis præfocatum & completum, non ſic tamen erat (inquit præfatus Doctor) ſed viuum manſerat, licet diſſimulatum & velut mortificatum.

*3. p. q. 85. ar. 1. ad prim.*

XII. Confirmatur ex hiſtoria Regis Antiochi. *2. Mach. 9.*

Sci pēt omnes hiſtoriam quam appoſitè propoſito noſtro perpendit refertque Spiritus S. de Rege Antiocho peruerſiſſimo. Perfidus erat Dei inimicus, populi Dei perſecutor acerbiſſimus, cumque iam ſpirans minarum & cædis in populū Dei, eiuſq; templū violaturus, & ſolo tenus euerſurus, miniſtros eius & Sacerdotes gladio necaturus, raperetur: occurrit illi vindex Deus graui viſitat eum infirmitate, & acerbiſſimo viſcerum dolore diſcruciat: *Qui vniuerſa conſpicit Dñs Deus Iſrael, percuſſit eum inſanabili & inuiſibili plaga: apprehendit eum dolor dirus viſcerū, &c.* Ex quo tanta vermium eſt nata colluuies, vt foris erūperent, totumque miſeri corpus corroderent. Hoc graui cōtritus flagello, cœpit, teſte Spir. S. ad agnitionē ſui venire: cœpit dolere, cœpit exclamare: heu me peccatorē coram Dño nimis, quàm peruerſas inambulaui vias! quā eſt hoc ſceleribus meis dignum culpiſque ſupplicium: *Hinc cœpit ex graui ſuperbia deductus ad agnitionem ſui venire, Diuinā admonitus plagā &c. & ait: Iuſtum eſt ſubditū eſſe Deo.* Tunc cœpit ad Deū conuerſus criminū indulgentiam deprecari, qui ius diuinam ſic enormiter offēderat maieſtatē, vota cœpit & promiſſa iurare corrigendi vitā: quòdque poſt hac nedū electum Dei populum nō perſequeretur, ſed inſuper honoribus afficeret: & nedum Dei templu violator obſiſteret, quinimo dignitatem eius promoueret, muneribus donisq; liberalis proſequeretur: quod ſi vſque modo Deo fuiſſet vel vllus, iniurius, iam ſupra modū gloriā eius legemque

tubicen

tubicen vbique prædicaret non ceſſantibus autem doloribus & morbo ingraueſcente, vt palam conſtaret, quàm candide & ſyncerè loqueretur, nec ſolis nudiſque verbis ageret impoſtor, horum omnium autenticum compoſuit codicillum Dei populo deſtinatum. Quid tibi videtur? an hæc omnia ſic bene? in his quæ carnis oculis intuemur ac iudicamus, an plura pœnitentes præſtitere Niniuitæ? quis dicet, quòd illi Deus non omnia ſtatim remiſerit: cum verbum ſuum fidelis oppignorauerit: in quacumque hora de peccatis ſuis peccator egerit pœnitentiam, exaudiam eum, recipiam eum, eique propitiabor? noueris ergo ſi Spiritui S. credas, quòd nedum non fuerit abſolutus, quinimo facto hinc exceſſerit execrando, cuius animam ſibi diaboli rapuerunt: non enim illi Deus nefanda ſua remiſit homicidia, non ſacrilegis indulſit blaſphemijs, puniendis merito non pepercit immanitatibus. Hoc verbis illis innuit: *Igitur homicida & blaſphemus peſſimè percuſſus eſt &c. miſerabili obitu vita functus eſt.* Quid hoc eſt: *Homicida & blaſphemus?* Quando per veram pœnitentiam in aliquo perfectè completur malitia iam diuino idiomate non vocatur peccator: ſicut ille, qui albus erat, quàm primum candor ille eſſe deſinit, iam non vocatur albus. Eratne peccator? erat vtique ſed peccato conſumpto, iam peccator non eſt:

1.Cor.6.11 *Hæc quidem fuiſtis*, ſcribit Apoſtol. quibuſdam peccatoribus: *Sed abluti eſtis ſed ſanctificati eſtis*. Et

1.Tim.1.3 idem ipſe de ſe teſtatur: *Qui fui blaſphemus contumelioſus.* Paule numquid tu ille blaſphemus, Chriſti & Apoſtolorum eius perſecutor? tu dicis: ſed modo talis nequaquam.

☞ 9 Hinc intelligo quid Dauid hoc in pſalmo ait,
Pſ.31.1. in quo de beatitudine agit illorum, quibus cuncta Deus flagitia remiſit: *Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates &c.*

XIII. Quorum Deus remittat peccata.

Oſtendit, qua ratione hanc obtinuerit ſcelerum remiſſionem, ſua cognoſcens, & ex animo confitens peccata, dum ait: *Peccaui Domino. Dixi confitebor aduerſum me iniuſtitiam meam Domino & tu remiſiſti impietatem peccati mei.* Hæc eſt illa ſcelerum remiſſio pro qua Deo ſupplicat, & rogat quilibet Sanctus: *Pro hac orabit ad te omnis Sanctus.* Quid vis ô Propheta, videris tibi contradicere? quicumque Deum pro ſcelerum ſuorum rogat indulgentia, eo ipſo ſeſe reum ſiſtit, & agnoſcit eſſe peccatorem,

XIV. Quis dicendus ſit peccator.

quomodo igitur eum appellas Sanctum: *Pro hac orabit ad te omnis Sanctus.* Videbatur dicendum pro hac orabit ad te omnis peccator. Congruè loquitur; etenim per hoc declarat, quòd eo momento, quo peccator vera compunctus contritione ſcelerum ſuorum à Deo veniam efflagitat, per hoc peccatum deleatur; vnde iam eum ne vocaueris peccatorem, cum iam peccatum in eo finem acceperit; ſed ſanctus appelletur.

Hoc Dominus docere voluit Phariſæum inuitatorem, dum grauiter offenditur, videns quod Chriſtus ſui corporis contactum mulieri permitteret inhoneſtæ, malaque per vrbem fama laboranti; dicens intra ſe, ſi hic eſſet propheta, ſciret vtique quæ & qualis eſt mulier quæ tangit eum: *Quia peccatrix eſt.* O Simon, inquit Saluator, quàm iniquum tuliſti iudicium. Si dixiſſes, Luc.7.39 quia peccatrix fuit optimè dixiſſes; ſed dicendo; *Quia peccatrix eſt*, toto aberras cœlo; non enim eſt niſi Seraphina diuino amore flagrantiſſima; *Dilexit multum.* Qui peccatum habet, hic peccator eſt; ille in quo deletum eſt peccatum & completa malitia atque florere cœpit diuina gratia: non hic peccator arguendus, ſed ſanctus eſt honorandus. His ſuppoſitis dum à Spiritu S. Rex Antiochus homicida vocatur & blaſphemus iam expirans, idem eſt ac ſi dicat quod quamuis ſecundum exteriora videretur in eo peccatum eſſe completum, realiter in anima eius viuum erat, quando infelicem exhalabat animam.

XV. Moyſes mortuus eſt ſeruus Dei.

Itaque, ſicut aduertit Cardin. noſter Caietan. quia, dum Moyſes illa morte defunctus eſt, qua Deus illum occidit in monte Nebo, ob præuaricatum eius præceptum ad aquas contradictionis (qualiſcumque illa culpa fuerit de qua aliàs egimus) poſſet aliquis ſuſpicari, quod qui eo modo per manus Domini moriebatur, in eius moriebatur inimicitia; referens morti huius Spirit. S. hiſtoriam, modumque moriendi, ait: *Mortuus eſt ibi Moyſes iubente Domino*, & Deum inducit loquentem Duci ſuo Ioſue; *Moyſes ſeruus meus mortuus eſt.* q. d. mortuus eſt Moyſes, non inimicus, ſed fideliſſimus Dei ſeruus; mortuus eſt cum eſſet ſeruus meus; illud enim; *Seruus meus* iungendum eſt illi; *Mortuus eſt*, vt exprimat; *Moyſes mortuus eſt ſeruus meus.* Eodem modo quia videntes in morte Regis Antiochi tot actus aliquis veræ contritioni cenſeret adſcribendos, & tanta melioris frugis propoſita, tot præteritæ malæ vitæ deteſtationes, nobis in animũ poſſemus inducere, in illo iam extinctum fuiſſe peccatum, ac mortuum, & ad oſculum Domini & in pace receptam animam illius; adeſt Spiritus S. ab hoc nos errore reuocans; *Igitur homicida & blaſphemus vita functus eſt.* q. d. Mortuus eſt homicida & blaſphemus, illa etenim ſcelera in pe-

In c.1.Ioſue.

Deut.34.5.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

pectore eius viua remanſerant? quando ſacrile-
gam euomuit animam.

XVI. Huius teſtes veridici non ſunt hominum ocu-
Oculi Dei li, qui ſola ſpectant exteriora, & iudicare poſſent
optimi ſe in ipſis Niniuitis actus non legere nec videre
ſunt iu- contritionis efficaciores, quàm in ipſo Antiocho:
dices cõ- ſed huius optimi ſunt iudices Dei oculi, qui ad
ſcientia- intima cordis peruadunt: *Qui vniuerſa conſpicit*
rum. *Dominus Deus Iſrael.* Viderunt oculi Dei pecca-
tum viuum: quamuis enim doloribus mortifica-
tum eſſet & anguſtijs, non depreſſa Antiochi ſu-
perbia, eo quòd ſe morti cerneret appropin-
quantem: porrò viuum erat, & liquidò conſtabat,
ea quæ Deo dicebat, eſſe mendacia: & quamuis
ſibi ipſi videretur, quòd veritatem diceret, ta-
men realiter ſeipſum ſacrilegus fallebat: quia nec
ipſe ſyncerè peccato renuntiauerat; nec ſi ſuper-
uixiſſet ſaluus & incolumis, à relapſu ſe conti-
nuiſſet, quotieſcumque ſeſe occaſio obtuliſſet,
ſuperato illo tremendo periculo, & iam ab omni
liber infirmitate. Ex hac doctrina explicari poſ-
Pſ. 65.3. ſunt illa pſalterij Dauidici verba: *Quàm terribi-*
XVII. *lia ſunt opera tua Domine? In multitudine virtutis*
Peccato- *tuæ mentientur tibi inimici tui* Heu Domine mi,
res quãdo quàm tremenda ſunt opera tua, & quàm verbera
Deo mẽ- tua terribilia ad metum incutiendum? qualis
tiuntur. huic iſta febris quæ exurit? qualia illi exanthe-
mata, quibus vſum amittit rationis? quæ cholica,
quâ ad rabiem vſque alter perturbatur? quæ ca-
lamitas illi, qui ſecurus quieſcebat? qui timores,
quæ ſuſpiciones illi, qui omni cura ſolutus ſter-
tebat? Noſti Domine flagello manuum tuarum
cohibere eum, qui effræni equo ſimilis ad ſua
præceps peccata rapiebatur. Porrò hoc, Domine
mi, capio quòd his te impedito mentiantur tibi
inimici tui, multa promittant, multa proponant,
dicant multa ſed mentiantur.

☞ 10 Videtur ſpectare illud quod Deo contigit cũ
Pharaone. Iuratus erat Deo inimicus, malitiâ
pertinax & obduratus. Dei populum detinebat
captiuũ quem vt liberum dimitteret, cum ei præ-
cepiſſet, reſpondit ille; nihil minus fecero: non
dimittam. Pauliſper ſuſtine; ſe Deus operi accin-
git: totque per Moyſen flagellis eum examinat,
muſcis, locuſtis bruchis, ranis adeo pungentibus
horrendis & venenoſis, vt & mordendo necarẽt,
& ad intima Regis penetralia peruaderent, ſic vt
eius lectulus ſordibus hiſce repleretur: grandine
adeo horrenda, vt nedũ viride nihil relinqueret,
XVIII. ſed nec animal non ſuo pondere cõtritum: morte
Pharao denique primogenitorum, vt nec Regis primo-
Deo ſæ- genito parceret. Heu quam terribilia ſunt hæc
pe men- Dei verbera? *Quàm terribilia ſunt opera tua Dñe,*
titur.



Quæ tenebræ? quanta caligo? quantus viſionum
horror & ſpirituum appari iones quam expaue-
ſcendæ? hæc omnia narrat Salomon in li. Sapiẽ-
tiæ. Pharaonẽ attendamus, quàm contritus appa-
ret quàm pœnitens facti Sacerdotes Dei conuo-
cat, Moyſen & Aaronẽ citat proteſtatur, iurat, ſe
dolere de præteritis, vitæ correctionem ſpondet,
& quàm primum hâc (ait) fuero plagâ abſolutus,
mihi credite, populum dimittam. Optimè, reſpõ-
det Deus. Cohibet Deus flagella, parcit nec ſe-
mel. Quàm primum à plagis ſe gaudet immu-
nem, ad priſtinam relabitur perfidiã nec popu-
lo licentiam concedit abeundi: & quando tandẽ
acrioribus attritus flagellis, quibus eũ Deus exa-
gitabat, populum abire permiſit, iamq; populus e-
gredi feſtinaret, ilico, cernens cohibitas eſſe pla-
gas, ad priora recrudeſcit odia, & collecto po-
tentiſſimo exercitu ferox illos inſequitur ad pri-
ſtinum reuocaturus iugum à quo iam ſolutos li-
beros abire permiſerat. Hoc ipſo demonſtrabat,
quòd in promiſſis, quæ Deo iurabat, mentiretur:
& quamuis dum illa faceret, iam eius videretur
cõpleta eſſe peruerſitas, & emollita cõtumacia,
tamen in pectore viua remanebat: deinde propo-
ſita, quæ ſæpius iterabat, & iuramenta, quibus ſe
obſtringebat, hæc omnia peregit timore percul-
ſus ſupplicij, quo diuina in eum manus animad-
uertebat, vnde fraudes erant & mẽdacia: *In mul-*
*titudine virtutis tuæ, mentientur tibi inimici tui.*

Quantos eiuſdem farinæ ſceleratos inuenies? XIX.
An tibi minimè contigit, quòd à Deo periculoſo Tales
morbo flagellatus, manus eius ſuper te ſentiens hodie
graues nimis, timore pauidus vitam propoſueris plures in-
inſtituere probiorem, aliena reſtituere, peccato ueniũtur.
renuntiare nouumque cum Deo ſancire fœdus
amicitiæ? quàm ſolicitus vocaſti Sacerdotes, Cõ-
feſſarios? ſed dicito mihi (quæſo) tranſacta hac
occaſione, qualiter te geſſiſti: an reſtituiſti? an
familiaritatem illam, quâ perieras abiuraſti? an
vitam inchoaſti nouam vtique ſaniorem, & Sacra-
menta frequentaſti? nihil horum, & ſed veterem
hominem cum actibus ſuis induiſti: ſignũ quòd
mentitus es mero timore coanguſtatus. Celebra-
mus quadrageſimam, audis ea quæ Prædicatores
de diuina ira tibi ſuperuentura prædicãt, de pœ-
nis inculcant inferni, quæ te manent, de flammis
voracibus in ſempiternum, ad quas præceps ce-
lerque feſtinas: de cœlo cuius iacturam pateris:
quâ ratione Chriſti ſanguinem conculcaſti im-
maculatũ, quòd tã ineffabili ſis ingratus gratiæ,
videtur in te conſumptum peccatum: ad pedes
prouolueris cõfeſſarij mille iuras promiſſa, ma-
gna ſancis propoſita. Caue tibi: timeo namque

vehementer, ne Deo mentiaris, & illa pœnitentia nõ ex integro & perfectè peccatum extinguat: quandoquidẽ elapſa hac occaſione, & alia leuiori eluceſcente ſtatim ad primas reuoluaris leno luxurias, & ea denuo reperas opera, quibus iam nuntium pœnitens remiſiſſe videbaris.

Iterum repeto, me nolle dicere, quòd quia, qui confeſſus eſt reincidat poſtmodum in peccatũ, credendum ſit, quòd realiter non fuerit abſolutum & mortuum in eo peccatum per pœnitentiam ineffabili roboratam virtute Sacramentalis abſolutionis; ſed dico: timendum tibi & magnopere formidandum, ne ſic fuerit: quandoquidem vix à pedibus digreſſus es Confeſſarij, & quæ prius male acta luxeras ad eadem patranda reuertaris; & patet in te correſpondentia mali humoris criminis in anima tua, ſicut in altero qui triduana vel quatriduana febri decumbit, peſſimus ille apparet humor languoris in corpore. Infelices hos nota Phariſæos: quãuis enim admodicũ ab iniquis ſuis ſibi tẽperauerint actionibus: apparet tamen malitiã contra Chriſtum, viuam & quidem valde viuam exſtitiſſe: quandoquidem ad primam vocem, quam audiunt à populo in eius proferri præconium, tanto furore peruerſi incrudeſcant, vt collecto ex omnibus concilio cædem eius vnanimes feriq́ue machinentur.

## §. 4. Miſerunt Principes. *Grauis eſt hæc Principum iniquitas, velle Chriſtum capere: quia benefaciebat: generatio erant hi præpoſtera.*

☞ 11 REfert igitur D. Euangeliſta qualiter conuenientes Principes determinarunt lictores mittere, & de facto miſerunt, vt Chriſtum caperent. Stupeo vehementer. Chriſtumne volunt apprehendere? qua precor, de cauſa? quid mali fecit? numquid homicida eſt? Non eſt, quinimo pluribus vitam reſtituit. Numquid alicui vim intulit mulieri? quinimo pauperem adulteram rubore confuſam ab omni confuſione liberauit. An aliquem vulnerauit, an crus alicui confregit, aut eruit oculos? quinimo mille claudos, & mutilos curauit, illiſque reſtituit oculos, qui nullos habebant. An alicui bona ſua fur abſtulit? quinimo millenis in deſerto fame pereuntibus miniſtrauit alimentum. Quid igitur mali fecit? diligenter illum conſidera, non enim inuenies eum feciſſe, niſi beneficia omnibus, & vero verius eſſe quod eius dixit Apoſtolus Petrus: *Qui pertranſijt benefaciendo & ſanando omnes &c.* Quo igitur de crimine eum capere meditantur? nullam ob aliam rationem, inquit Euangeliſta, quàm quia cunctis ad ſummum beneficus erat: videbantq́ue populum illi quàm maximè inclinatum: & per effectus adeo diuinos, quos ad oculum ipſi ſpectabant, diuinam eius inciperet cognoſcere perſonam.

I. Cur Iudæi Chriſtum capiant.

Act. 10, 38

Hoc inter cætera Chriſti cor acerbiùs torquebat, quod videret ſe ab illis mala pati, quia cunctos muneribus afficiebat, & pro tantis beneficijs ingrati ſcelera, pœnaſque rependerent: quia captiuis Satanæ tribuebat libertatem, ſuiſque captos infirmitatibus abſoluebat, eum conantur comprehendere, vinculis conſtringere, & mandare carceribus. Hoc animo tulit adeo iniquo, vt olim in perſona Dauid de tanto crimine à Patre ſuo cœleſti vindictam efflagitauit: *Iudica Domine nocentes me, expugna impugnantes me: apprehende arma & ſcutum, & exurge in adiutorium mihi, & conclude aduerſus eos qui perſequuntur me.* Eia age Pater mi cœleſtis: tribunal tuum aſcende, & illatas mihi perpende calumnias: Expedi arma tua, gladium euagina cunctoſque nocentes mihi diſperge: *Conclude.* Sed cur tantas tibi Dñe irrogãt iniurias? cur tibi malum exoptant? quæ ratio perſecutionis? *Retribuebant mihi mala pro bonis, ſterilitatem animæ meæ.* Non vulgarem eorũ perpende malitiam: etenim beneficia illis præſtita, contumelijs & iniurijs compenſabant. Nomen hoc *Sterilitatem*, vt aduertit doctiſſimus & Reuerendiſſimus Epiſcopus Agellius, difficile eſt, ſic vt ipſi expertiſſimi Hebræi non intellexerint, & Symmachus in Græcum tranſtulit quod nos latinè diceremus *Inuerſionem*, quod ſignificat vt heri diximus aliquid inuerſo ordine facere, contra omnem rationem. Eo nomine Spiritus S. vtitur, vt ſignet, quòd optimus ſenex Iacob iam expiraturus ex iudicio Ioſeph filij ſui manus ſuas inuerſo ordine ſuper nepotes ſuos Ephraim & Manaſſem collocauerat, nempe dexteram ſuper caput iunioris, & ſiniſtram ſuper caput primogeniti: *Commutans manus*, vel *inuertens manus.* Hoc Patriarchæ Ioſeph ordine videbatur actum præpoſtero: vt enim recto ordine fieret, dextera primogenito ſuperponenda erat, qui ad dexteram aui ſui adſtabat, & ſiniſtra ſuper caput iunioris.

Pſ. 34, 1.

II. Ingratitudinem eorum luget Chriſtus.

*Vide Lorinum in hunc loc.*

Gen. 48. 14

Hoc mihi faciunt, inquit Chriſtus: etenim retribuunt mala pro bonis, & inuerſo ordine beneficia compenſant. Nihil hoc clariùs: ſi ordine debito cuncta in Republica peraguntur: præmiũ, honor & beneficia debentur ijs, qui in illam ſua conferunt beneficia illiq́ue non paruam adferunt

III. Exprimitur hæc, eorum ingratitudo.

ruiſt vtilitatem: pœna verò, carceres extrema ſupplicia malefactoribus, turbatoribus, homicidis furibus & prædonibus. Lamentatur igitur Chriſtus: hoc mihi reſpondent: etenim illud eſt: *Anima mea*: tranſponunt manus ſuas, & per omnia atque in omnibus ordine procedunt inuerſo: nam realiter peſſimos quoſlibet latrones & primæ notæ flagriones honoribus proſequebãtur: Sacrilegos & Symoniacos, qui Põtificatus, Prælaturas pecunijs emebant, verebantur. Barabbam latronem & prædonem libertate donabant: inuerecundos vſurarios admittebant, vt in templo contractus ſuos inirent; Chriſtum autem omnis ſanctitatis exemplar, qui cæcos illorum illuminabat, mortuos illorum ad vitam reuocabat, illorum famelicos alebat, illorum curabat infirmos, dæmoniacos eorum liberabat, ſummo perſequebantur odio, lapidare conabantur ergaſtulo tradere contendebant: in eum concilium conuocant, apparitores citant, vireſque brachij aſſumunt ſibi ſæcularis.

IV. Hanc Chriſtus ægerrimè tulit.

Hoc tantopere Chriſtum premebat vt quadã vice, noſtro loquendi modo, patientiæ vim inferre videretur: quoſdam edens geſtus adeo extraordinarios vt nonnulli arbitrarentur, quòd omnem perdidiſſet rationem, & eſſet erynnide correptus. Talis autem hic caſus fuit; vt narrant; (D. Matt. c. 11. & D. Marc. 3. & D. Luc. c. 6.) intrauerat Dominus die ſexto in ſynagogã: Phariſæi autem curioſius acta eius omnia conſiderabant, an eum in aliquo corripere potuiſſent. Aderat eo tempore vir quidam manum habens aridam, cui Saluator: Euge frater mi chariſſime, extende manum tuam: & actutum reddita eſt ſanitati ſicut altera. Quid hinc ortum arbitraris? *Cõſilium faciebant aduerſus eum, quomodo eum perderent*: Hoc adeo grauiter Saluator noſter accepit, vt dicat Euang. D. Marcus, quod inſolitos quoſdam ediderit geſtus, oculos, brachia, corpus agitando, tantam declarans indignationem: vt

Marc. 3. 21 paſſim dicerent: *In furorem verſus eſt* & vt talem amici quidam & cognati vinculis eum conſtringere laborarent: *Exierunt ſui tenere eum.* Legem ſeque an: ut Romanorum, quoſlibet enim amẽtes tenebantur propinqui vinculis conſtrictos coarctare. Videbatur ipſi patientia deficere; & ſalua reuerentia tantæ robur ferendæ malitiæ Deo deficere: quia ſic præpoſterè miſeri illi gradiuntur, tamque inuerſo recambio ingrati, vt mille beneficijs ac honoribus illos proſecuti, qui rempublicam eorum perdebant & euertebãt, in eius conueniant conſpiratẽque mortẽ qui mille beneficiis doniſque eos amicus proſequebatur.

Et Deo, chariſſime, longanimis non deerit patientia (parcite verbo) dum te cernit adeo præpoſterum: vt eis totum impendas teipſum qui te perdunt, ipſum autem qui tantis te bonis affatim cumulat tot iniurijs, tot ignominijs, tot flagitijs omnium ſceleſtiſſime proſequaris? optimè noſti habere te inimicos infinitis te malis damniſque afficientes mundum, carnem atque diabolum. Heu quibus te damnis infeſtãt? quas tibi technas molitur diabolus? quas inſidias vt in caſum propellat, quas decipulas vt præceps oculos offẽdas, & te ſecum ad tartara rapiat exurẽdum? in quas te mundus adigit anguſtias, quibus te premit ſollicitudinibus, vt ſtatui tuo vt tuæ ſatisfacias per omnia dignitati? Ad quantas te cogit impenſas, onera grauia, & inſupportabilia? Caro verò, quid rerum agit aliud, niſi te perpetuò ad inordinatos pellicere appetitus, vt infinitis te modis inuertat, & teipſum affectibus laſciuis, impudicis, cholericis, in ruinam præcipites æuiternam.

V. Inimicis noſtris ſeruimus.

Parua debes, & quidem valde exigua, inquit Apoſtolus, tuæ carni: etenim eius ſtudium ad tuam tendit perditionem: *Fratres debitores ſumus, non carni vt ſecundum carnem viuamus.* Nihilominus quàm grauius omnibus his ſeruis, qui tuã exoptant ruinam, vt illis omnimodis obſequaris, eorumque placeas ſeruus appetitibus. Quàm obediens diabolo, quàm præſtò perficis & audis eius præcepta? quã cura mundum revereris, quã attentis oculis illi ſtudes ſatisfacere? Deinde quas non perpetes adhibes carni tuæ delicias? quibus illi quantum potes non obſequeris? Eius gratiâ laboras, negotiaris, lucraris: eius gratiâ candida veſtis, lectus mollior, opiparum epulum, martiale vinum, delitiæ exquiſitæ, voluptates inordinatæ, tuæque omnes ſolicitudines. — Rom. 8. 12

VI. Deo benefico noſtro nõ ſeruimus.

E contra verò quibus te beneficijs Deus afficit vberrimè? Tibi conceſſit eſſe, vitam, animã, ſolem qui te per diem illuminet, lunam & ſtellas per noctem, terram quæ te ſuſtentet, aërem qui te refrigeret, ignem qui te calefaciat, aquam quæ te refocillet, Angelos tui cuſtodes, Apoſtolos tibi prædicatores, martyres te roborantes, tibi ſua largitus eſt Sacramenta in medicinam: ſuum ſanguinem, vitam ſuam, imo ſeipſum tibi tradidit. Teipſam, ô anima, circumſpice, monet Dauid, & miſericordijs ac beneficijs inuenies te circumcinctam: *Coronat te in miſericordia & miſerationibus.* Modo videamus, quid pro tãtis Dño gratus rependas? Concilium cogis eum perdẽdi, & in eum conſpirandi. Quid rerum agis, niſi cõtinua verſare cogitatione quomodo poſſis hoc ſuffurari: qua ratione proximũ illaquees, puellæ — Pſ. 102. 4.

violes honorem, euertas coniugatam, tuas vleiſcaris vindex iniurias, tuas pepo mollis voluptates augeas & delicias? fierine poteſt vt tanta beneficia tantis ſoluas ingratus offenſis? Vt quid ſedulò non attendis quid agas?

Saulem tibi profero: erat hic venundatus vt faceret malum & ad omne natus flagitiũ, ſic vt eius plenarium diabolus iam accepiſſet dominium, omnemque operam ſuam impenderat, & dedicarat vt Dauidem ad mortem vſque pertinax infeſtaret. Die quodam in campum educit exercitum, quam occaſionem ſibi iudicabat Ionathas filius eius apprimè congruam, vt patrem mitigaret, & ad conſilia ſaniora reuocaret: vnde ſic illum affatur: Dñe mi Rex: benignas (amabo) rationibus meis aures adhibe. Vt quid Pater mi tanto furens ſtudio necem meditaris Dauid, viri de te, ad aliorum æmulationem, optimè meriti; Per te eſſe habet, tuumque ſtat regnum incolume, eius operá victor de Philiſthæis trophæa retuliſti: hic eſt qui tam manifeſto ſeipſum expoſuit periculo cum Goliath decertaturus, vt te ab illo ſaluum eriperet: rem attentè conſidera, Dñe mi Rex, numquam tibi iniurioſus, ſemper beneficus, numquam infidelis, illo nemo fidelior:

1.Reg.19.4. *Ne pecces rex in ſeruum tuum Dauid, qui non peccauit tibi, & opera eius bona ſunt tibi valde: & poſuit animã ſuam in manu ſua, & percuſſit Philiſthæum, & fecit Dñs ſalutem magnam vniuerſo Iſraeli, Vidiſti & lætatus es. Quare ergo peccas in ſanguine innoxio, interficiens Dauid qui eſt abſque culpa?* q. d. ſedulò perpende, Domine mi Rex, quamuis enim paſſioni tuæ bilique ſatisfacere videaris, virum impugnas numquam tibi contrarium, virum tibi ſemper addictiſſimum: hominẽ perſequeris qui vt tibi vitam regnumque ſeruaret incolume, ſuam aleæ ſuppoſuit martique incertiſſimo, ſpectator adfuiſti, & de eius fortitudine victor gaudio delibutus es ineffabili. Tantam habuerunt hæc verba energiam, vt Rex, licet ſecundum vtrumque hominem diabolicæ ſubiaceret ſeruituti, bilem remiſerit, & melior factus ait: Ex ratione loqueris, fili mi fateor; manus mihi ſtringis & pedes, quocirca tibi polliceor, & iuro per Deum: non eum amplius perſequar, non ero moleſtus: *Quæ cum audiſſet Saul, placatus voce Ionathæ, iurauit: Viuit Dominus: quia non occidetur*. Ab illo perſequendo deſiſtam.

VIII. Saul memor beneficiorũ Dauid miteſcit.

Hanc velim tu Chriſtiane, rationem mẽte reuolueres vt noueris: quòd quamuis indecoras illius mulieris frequentans ædes, inhoneſtæ placeas paſſioni, & præteritas vleiſcaris iniurias, tuo furori & aliena rapiens tuæ cupiditati: conſidera quòd Chriſtum perſequaris, tibi numquam aduerſarium, & ſemper amiciſſimum; tibi numquã nocentem, ſed pro te animam ſuam exponentẽ, qui tuum ſuperauit inimicum, tibi ſalutem corporis & animæ conquiſiuit. Hæc tibi conſideranda forent, dum te diabolus inſtigat, mũdus prouocat, allicitque caro: at ſedulò ponderes quid huic debeas Domino, & quantum incurras crimen ingratitudinis, dum ordine præpoſtero ſceleribus benefacta compenſas, his merito Phariſæis damnatis annumerandus.

## §. 5. *Peruerſi Principes: qui cum debuiſſent laborare, vt à populo Chriſtus reciperetur, huic obſiſtunt, vt capita draconis.*

*Miſerunt Principes & Phariſæi miniſtros, vt apprehenderent Ieſum.* 13
Peior non videtur eſſe poſſe traditio, nec ſcelus abominabilius quã illos qui primi debuiſſent Chriſtum tanquam Deum verumque Meſſiã recipere, & eſſe mediatores quatenus illum vt talem tota populi ſynagoga acceptaret, quàm illos (inquam) eos eſſe qui plus cæteris eius ſtudeant perditioni, & eſſe laborent cauſa, ex qua populus eum nedum non honoret & acceptet, ſed prodeant miniſtri & ſatellites eum apprehenſuri. Loquitur Dauid ad litteram de Chriſto Pſ. 71. nam ſiquidem, vt notat D. Aug. exordiatur, vt videtur, locutus de Salomone filio ſuo Dominum deprecatus, vt eum populo Regem præficiat, multò tamen veriùs de Chriſto canit Saluatore. Pſalmum inchoat deſiderium oſtendens, quo feruebat, vt Deus Meſſiam mitteret, cuius manibus traderet regimen iuſtitiæ: *Deus iudicium tuum Regi da, & iuſtitiam tuam filio Regis: iudicare populum tuum in iuſtitia, & pauperes tuos in iudicio.* Quando Paterfamilias auſterus nimis eſt & ſeuerus, optant domeſtici vt abeat, committatque habenas moderandas filio ſuo mitiori, & naturæ blandioris, & qui eorum naturæ magis conueniat cum quo, ſuo iudicio, meliùs ſint pacificè victuri.

I. Dauid Chriſti poſtulat aduentũ. Pſ.71.1.

Seuerus erat Deus, manuſque habebat graues, omnia ſtricto iure moderabatur: homines tanto percellebat timore, vt non eſſet qui loquentem illum audire præſumeret: *Non loquatur nobis Dominus: ne forte moriamur.* Exo.20.19
Eia igitur Domine mi, precatur Dauid, iudicium hoc remitte illudque poteſtati Regis illius trade, quẽ auidi præſtolamur, nempe Meſſiæ: illi committe, qui tuus legitimus eſt filius totam hanc iuſtitiæ prouinciam: ipſe populũ tuum iudicet, ipſe pauperum inten-

imendat iudicio. In ſubſtantia expoſtulat Dauid id, quod fecit, quando Dei filius venit factus homo, cuius manibus Pater totius mundi conſignauit gubernationem: iuxta illud eiuſdem filij

Ioa. 5.22. teſtimonium: *Omne iudicium dedit filio.* Conſiderans Dauid quòd iam æternus Pater votis eius annuerit, & oculis propheticis contemplatus Meſſiam aduenientem, præmonet illos, ad quos ſpectat eum recipere, vt illi procedant obuiam: *Suſcipiant montes pacem populo, & colles iuſtitiam.*

II. Cui ſeniores & digniores primi omnium debent occurrere.

Ordinem hunc Deus ſeruauerat educens de Ægypto filios Iſrael: quando mœſtos totius populi clamores exaudiuit: *Clamor filiorum Iſrael venit ad me.* Et non leuem vidit eius afflictionē, qua ſub ſeruitutis iugo ingemiſcebant: *Vidique afflictionem eorum, qua ab Ægyptijs opprimuntur.* Apparet Deus Moyſi, aitque illi: *Veni, mittam te ad Pharaonem, vt educas populum meum.* At quo-

Exo. 3. „ modo fiet iſtud, Domine mi? *Vade & congrega ſe-*
*niores Iſrael* (ait Dominus) *& dices ad eos, Domi-*
„ *nus Deus Patrum veſtrorum apparuit mihi, Deus*
„ *Abraham, Deus Iſaac, Deus Iacob, dicens: viſitans*
„ *viſitaui vos, & vidi omnia, quæ acciderunt vobis in*
„ *Ægypto. Et audiui vocem tuam.* Ab hoc primò,
„ quinimo & ex hoc ſequitur quod ſtatim infert
Spiritus S. dixiſſe Moyſen: Domine: *Non credent*
„ *mihi, neque audient vocem meam.* Quid hoc? an
„ minimè credis ea quæ tibi Dominus dicit? reſ-
„ pondet Caiet: nunc de populo loquitur, quia ſe-
„ niores de diuinis certi pollicitationibus, & ijs
„ quæ audierunt nixi auctoritate Moyſi erant cre-
dituri: ſed populus non tam faciles aures præbe-
„ ret: nec enim diuina capiebat promiſſa, nec ſcie-
„ bat quæ Deus per Moyſen eſſet operatus: proin-
„ de neceſſe foret ſuperaddere ſigna, quæ Deus
Exo. 6, 5. „ illi præcepit facienda: vnde ſic effectum eſt: *Ve-*
„ *nerunt ſimul & congregauerunt cunctos ſeniores*
*filiorum Iſrael, locutuſque eſt Aaron omnia verba,*
„ *quæ dixerat Dominus ad Moyſen, & credidit popu-*
„ *lus.* Quinam ſint illi ſeniores declaratur vbi ſin-
„ gulorum nomina recenſentur.
„ Quando igitur venit in mundum, præcipui,
„ qui clariorem eius per S. Scripturam notitiam
habebant, illi ſunt, qui velut increduli ſeſe Chri-
„ ſto oppoſuerunt, eumque recipere dedignati
„ ſunt: quamquam hic idem Dominus illos per va-
„ tem Dauid præmonuiſſet, vt illum acceptarent:
„ *Suſcipiant montes pacem populo, & colles iuſtitiā:*

III. Similitudo.

cum illi eſſent, quibus munus hoc incumbebat populum præparandi, quatenus ad eius fidem reductus, illum vt Dominum ſuum venerarentur, Deumque adorarent. Metaphora ſumatur à Rege quem ciuitatem ſuam introeuntem, eius nomine optimates recipiunt à quibus ſic acceptus à toto dicitur populo receptus. Deputatis huius regni primarijs Regem ſuſcipientibus aduenientem, à toto ſuſceptum eſſe regno nemo dubitat: ſunt etenim illi legitimi Regni procuratores, & recipientibus eum Conſulibus, tota recipit eum Ciuitas cuius perſonam ipſi repræſentant.

Eia igitur montes & colles, inquit Dauid, (Principes & Phariſæos alloquitur) præparate vos, vt eum totius nomine ſynagogæ recipiatis, & vos ipſi Regem hunc ſuſcipite iuſtum adeo & pacificum, vt ſit ipſa pax & iuſtitia, & eo ipſo viam ſternatis vt totus eum populus ſuſcipiat. *Suſcipiant montes pacem populo.* O Dauid, vtinam nouiſſes quomodo hoc eſſent impleturi! nedum illum in perſona non ſuſcipiunt populi, nec illis eum recipientibus viam aperiunt, vt eum populus ſuſcipiat aduenientem: quinimo illi ipſi ſunt, qui turbam concitant, qui de populo lictores colligunt, vt eum perdant & interficiant: *Miſe-* Ioa. 8.44. *runt Principes & Phariſæi miniſtros, vt apprehenderent Ieſum.* Per hoc ſatis apertè probat D. Ioan. quod illis Saluator dixit: *Vos ex patre diabolo eſtis, & deſideria patris veſtri vultis facere: ille homicida erat &c.* Vt filij diaboli vultis id exequi, quod ipſe in votis habebat: nimirum occidere me & perdere.

IV. Diabolus Chriſtū conatur perdere.

Hoc autem ſingulariter conſideraſſe debuit D. Ioannes in eo myſterio ſibi in Apocalypſi reuelato: vidit etenim mulierem filium in vtero habentem, cui cœleſtis Pater omnis terræ traditurus erat regimen: *Qui recturus erat omnes gentes:* Videt autem quòd quo tempore filium hunc Apoc. 12.4. eſſet paritura, & ab omnibus hic eſſet recipiendus, occurrit draco magnus nimis & horribilis, rufus ſeptem capita diademate coronata præferens, ore ſeptemplici hians: *Vt cum peperiſſet, filium eius deuoraret.* Heu dolenda mulier, quo cruciatu paritura non anxiatur; ſi mulier vicina partui cerneret ſibi adſtantem obſtetricem draconem, ore ad latitudinem palmi dilatato, quo non dolore triſtis affligeretur? Porro tandem ſi non niſi vnum haberet caput, illud mulier vna poſſet manu cohibere, & ſi duo duabus; ſed ſi ſeptem quid ageret? Hic præſentem attendamus hiſtoriam.

Mulier prægnans ſynagoga dicitur, etenim promiſſo diuinoque verbo dato Abrahæ: Meſſiā vtero geſtabat, qui realiter ex illo erat populo naſciturus. In eum finem apprehendit Deus ſemen Abrahæ per Iſaac, illudque duodecim Pa-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

triarchis ſeu duodecim lucidiſſimis ſtellis coronauit. Sole veſtiebatur, cognitione ſcilicet vera Dei, quæ tantummodo apud illum populũ vigebat: *Notus in Iudæa Deus.* Luna ſub pedibus eius: illis etenim totum quaſi ſubſtrauit orbem licet varijs incrementis & decrementis mutabilem, vt luna, fœtum hunc nouerat draco, nempe diabolus, & ilico totum ſuum eo direxit ſtudium, vt recenter editũ filium deuoraret: & hoc eius primum fuit deſideriũ, ſe Meſſiæ opponere aduerſariũ, illumq; mundo natum præfocare: etenim omnẽ adeò perdidit rationem: vt ſibi perſuadeat Dei ſe poſſe illudere cõſilia, tantumque ſuis ſu-
Pſ. 73. 23. perbus confidit, vt teſte Dauid: *Superbia eorũ, qui te oderunt, aſcendat ſemper.* Ad hoc laborat, vt obſtetrix eum de partu ſuſceptura, ſua ſint capita per eum commota, vt eum deuorarent.

Quibus incumbit recipere Meſſiam, quando ſe in mundo miraculis ſuis manifeſtat & prædicatione? Montibus & collibus, quos ſol ille diuinus ſuis primũ radijs illuſtrat, iã illos per totum mundũ diſperſurus. Sunt autẽ illi, qui in populo poteſtate præcellebant & ſciẽtia Principes ſcilicet & Phariſæi. Qui cõgruè deſcribuntur per capita diademate coronata: etenim inter ſe diuiſi erãt & quiſq; ſibi poteſtatẽ prætẽdebat & auctoritatẽ, quiſq; eſſe caput ambiebat: ſed vniti omnes, & cõſpirantes in naſcentẽ puerũ, & mundo iã reuelandũ, Chriſtũ intelligo. Iã dudũ eorũ Deus
Iſai. 9. 10. naturã explicauerat per Iſaiam: *Vnuſquiſque carnẽ brachij ſui vorabit, Manaſſes Ephraim & Ephraim Manaſſes, ſimul ipſi contra Iudam.* Capita erãt, quæ de corpore naſcebantur Satanæ: hoc enim illis Saluator noſter expoſuit: dum ait: vos eſtis filij diaboli, & vt tales vos ipſos erigitis, efficere conari quod ipſe in votis habebat pater veſter diabolus; *Deſideria patris veſtri vultis facere? ille homicida erat ab initio.* Primum ipſius ac principale decretum hoc erat, Chriſtum à medio tollere. Hoc modo demonſtrant & aperiunt, dum miniſtros mittunt vt eum deuorent, deglutiant, perpetuo mancipando carceri, vt nulla deinceps eius memoria recolatur.

V.
Hoc fuit peccatum maximũ.

Hæc vna præ cæteris iniquitas grauior Deum offendit atrociùs: hæc vna fuit mundo reliquis pernicioſior, hæc vna fuit qua diabolus damnũ intulit quàm poſſet maximũ: cum eos ſibi aſſũpſit, quibus incumbebat manus ſeruandæ præbere iuſtitiæ: quatenus naſcatur viuat, & in mundo regnet: illique ſint qui violentas illi injiciãt manus, eam apprehendant, & necare moliantur. O perfidum Pharaonem, ipſis Hircaniæ tigridibus ferociorem, qui obſtetricibus præcipit Ægypti, vt illæ ipſæ paſiones natos præfocent: illæ inquã, ad quas ſpectabat vitam dare puerulis, quarum eſt hoc officium, parturientes adiuuare, vt fœtum tantò faciliùs enitantur, proferantque in mundum: hoc etiam medio ſibi præualet diabolus, quo damna mundo inferat irreparabilia: eos nempe prouocat, quibus ex officio conuenit efficere vt Deus ſuſcipiatur, quatenus illi ipſi Deo præcludant ingreſſũ: & ſimiliter, quos decet manus iuſtitiæ præſtare auxiliares, quatenus ad lucem prodeat, vt illi ipſi ſint qui eſſentiam ei vitamq; adimant homicidæ. Tales, quales Spir. S.
VI. Pharaonis in præfocãdis pueris crudelitas.
deſcribit peruerſos Suſannæ ſeniores. *De quibus* Dan. 13. 5
*locutus eſt Dominus: quia egreſſa eſt iniquitas de Babylone à ſenioribus iudicibus qui videbantur regere populum.* Perditiſſimi nebulones: illi etenim quibus incumbebat Suſannam protegere, ſi quis forſitan illam ad malum prouocare vellet, illi quorum intererat ad lucem innocentiam eius & pudicitiam proferre cum nemo præter ipſos hoc noſſet euidentiùs, & eo fine iudices in Republica fuiſſent conſtituti: illi, inquam ipſi eam ad illicita prouocant, caſtitati eius conantur illudere, vim inferre, vitamque deprædari.

### §. 6. *Plectenda Principum malitia: qui namque protectores eſſe deberent iuſtitiæ, eius ſiunt proditores.*

PEruerſam hanc nequitiã eleganter declarauit 15
Spi. S. mirabili quadam verborũ ſimilitudine: Ecc. 20. 2.
*Cõcupiſcentia ſpadonis deuirginauit iuuenculam, ſic* 1.
*qui facit per vim iudicium iniquum.* Hæc maxima Similitu-
eſt omnium iniquitas, ſi quis eunuchus puellæ do.
vim inferre adlaboret. Satis abundè teſtantur S. Literæ morem hunc ſeruatum, vt in Regũ palatijs cuſtodes puellarum deputarentur eunuchi: ſunt enim huic officio maximè cõformes: cum inter illos pudicitia minori ſit expoſita diſcrimini: deinde Zelo feruent ardentiſſimo, & ſiniſtris frequenter laborant ſuſpicionibus, & vix alibi quid vident, quin ſtatim moueantur, malique quid ſuſpicentur. Quanta foret hæc iniquitas, ſi quis eorũ ad earũ cuſtodiam deputatus, aliquam vi conaretur opprimere, eiuſque temerare virginitatem? *Sic eſt qui facit iudicium iniquum.*

Iuſtitia virgo eſt ſole formoſior, hac etenim figura ab omnibus nota deſcribitur. Ad eius tutelã, defenſionẽ & cuſtodiã, vt eã intactã conſeruẽt, eius æmulenter puritatẽ, inſtituuntur iudices, hoc etenim officio in Republica funguntur: illis incũbit vigilare Zelare, & huic adlaborare:

Diligite

Sap. 1. 1. *Diligite iuſtitiam, qui iudicatis terram.* Monet Salomon. Nō ſatis erat illi dicere facite iuſtitiam: ſed *Diligite* vt ſponſam caſtiſſimā: hæc enim tibi debet eſſe maximè propria, quam tibi ſponſam elegiſti quando populo præfectus, Princeps vel iudex. Quàm feruenti flagras zelo ſi ardenter ſponſam tuam diligis legitimam & quam diligenti inuigilas cura, ne quiſquam eam vel leuiſſimo motu peruertat; & ne vel minimam ei inferat ignominiam, quam tibi reputas maximè propriā: ſic vt tibi illatas facilis remittas iniurias, vxori verò nequaquam. Talis oportet vt iudex ſit, amator iuſtitiæ, honoris eius zelator quaſi propriæ coniugis, ſponſæque legitimæ. Quod ſi hic eam corrumpat, inhonoret, & violet, quo ſatis digno reus punietur ſupplicio? ſi hic, quē tangit pauperis iudicium ad lucem producere, ipſum præfocet & occidat: ſi hic, cuius muneris eſt cauſam zelare viduæ, & egeni, ipſe vim inferat, ipſe opprimat, an dari poteſt grauior iniquitas qua Reſpubl. læſa defeſtr atur?

II. Inuectiua in ſuperiores mali exempli. Quoties hoc contingit, vt tu ſtemmate & ſanguine nobilis qui tua deberes honeſtare efficere, vt liberiores adoleſcentes ſe non parū refrænarent: tu qui Iob deberes imitari qui ſic teſtatur de ſeipſo? *Videbant me iuuenes & abſcondebantur:* tu è conuerſo ille ſis, qui eos ad leuiores excites

Iob. 29. 8. petulantias & male ab eis geſta tuearis. Tu, Domine mi, cuius muneris erat viduis ſuis in proceſſibus auxiliari, ille ſis qui proceſſus intentas illis grauiſſimos. Tu Domina, quæ filiabus tuis exemplo præire, & docere deberes, & prima omnium manibus præferre roſarium, Deo te commendare; ipſa ſis, quæ prouoces eas, vt de ſtrato ſurgentes ſpeculum arripiant, ceruſſas amplectantur, ſuiſque vacent vanitatibus. Tu qui in Republica polles auctoritate, cuius officii eſt alterum admonere, vt vindictæ renuntiet, ignoſcat iniurijs, ipſe videaris illi calcar iniјcere, prætenſioni ignem ſubijcere & fouere ſimultates, proh, grande peccatum! *Egreſſa eſt iniquitas ab ijs qui videbantur regere.*

Hinc liquidò conſtat matrum earū iniquitas, quarum cum eſſet obligatio filiarum tueri pudicitiam, ipſæ ſint, quæ filias viliſſimo vendāt pretio violandas, ſintque ruinæ earum intermediæ ſtuprique ſequeſtræ. Caſus hic eſt, vt aduertit D.

Lib. 7. de adorat. in ſpiritu. Cyrill. Alex. quem Spiritus S. tantum eſſe peccatum exaggerat, vt ſufficiat, quando interluit, quatenus dicatur, quòd iniquitas totam occupet terrā plenoque in ea regnat libera dominio, hoc etenim verbis huius expoſuit ſtatuti: *Non proſti-*

Leu. 19. 29 *tuas filiam tuam ne contaminetur terra, & implea-tur piaculo.* Et ratio eſt (inquit S. Doctor) quia parentibus incumbit filios ſuos in viam diuinæ legis dirigere mandatorum eius & obſeruantia: hoc enim præcipit illis Apoſtol. *Educate illos in* Ephe. 6. 4. *diſciplina & correptione Domini* id eſt *optimarum diſciplinarum illis auctores eſtote, atque ad vitam Deo gratam, legique maxime conſentaneam dirigite.* Hinc manifeſtè conſtat quanto ſint in Republica damno vetulæ illæ ſequeſtræ, quæ cum deberent ratione graueſcentis ætatis, & intuitu beneficij quo ad ædes admittuntur, earum honori proſpicere, ſint illæ, quæ familias integras peruertant impudicæ.

III. Cur Amalec fuerit tā ſeuere punitus & deletus. Vix inuenio in SS. litteris Deū alicui grauius offenſum fuiſſe quàm Amalecitis, poſteris Amalec filij nominatiſſimi illius amici Iob nomine Eliphaz Themanites: filij Eſau: vnde cognati erant populo Dei, quandoquidem Iacob ex quo iſte deſcendebat, & Eſau, de quo illi fratres fuerint vterini, filij vnius patris ac matris Iſaac & Rebeccæ, quinimo eodem partu progeniti. Fuit

Gen. 36. 12. autem hæc tanta Dei commotio, adeoque conſtans, vt Moyſi præceperit, altare erigeret, atque in eo manum extolleret Dei nomini conſecratam, nec non in Dei nomine ſolemne voueret iuramentum, velut in ſacro altari, bellum inferendi irreconciliabile Amalecitis: *Quia bellum* Exo. 17. 16 *erit contra Amalec à generatione in generationem.* Idque ſeruauit adeo pertinaciter, vt Moyſes iam ad vltimam tendens metam, & proponens populo ea quæ tenaci ſemper memoria eſſent retinenda, hæc illi verba dixerit, quæ mirabiliter

L. in Deuter. c. vlt. Tom. 1. expendit ad rem Rupert. *Memento quæ tibi fecerit Amalec in via* &c. *Cum ergo Dominus Deus dederit tibi requiem* &c. *delebis nomen eius ſub cælo.*

Deut. 25. 17. *Caue ne obliuiſcaris.* Cum ita eſſet quod Dominus præceperat: *Non eris memor iniuriæ ciuium*

Leuit. 19. 18. *tuorum.* Hanc nedum non remiſit iniuriam, aut oblitus eſt ſed inſuper populo præcipit nullatenus tradendam obliuioni: *Caue ne obliuiſcaris.*

Vt autem hoc exequeretur, cum Saulem populo Iſrael primum ſignaſſet Regem, hoc ei primum omnium iniunxit mandatum: vade percute Amalec, nemini parcas, nec beſtiis, nec hominibus nec volucribus, omnia trade interneci ns

(a) Sin dexar pian-te, ni mamante. (a) Quia vero Rex Saul vitam donauit Regi Amalec, certiſque armentis boum, & ouium gregibus, hic illi Deus temporalem abſtulit vitam & regnum, & poſtmodum æterna priuauit beatitudine, morique addixit ſempiternæ. Quodnam, obſecro, tantum eſſe poteſt facinus, vt Deus hoc ferat animo ſic obdurato? Fuit hoc:eo

tempore

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tempore egrediebatur de Ægypto filij Iſrael, & per deſerta ad terram tendebant promiſſionis Deo ſeruituri ac ſacrificaturi: & cum officium eſſet Amalec viam populo Dei ſternere latiorē, illiſque præſtare ſubſidium, vt ab omni tranſiret liber periculo & impedimento, ratione tam propinquæ cognationis: econtra ipſe viam occluſit, ipſe armatus occurrit, ipſe populum à iuſtis ſuis ſanctiſque ſtuduit itineribus auertere. Quid hoc? Tune, qui populo meo defenſor eſſe debueras, & protector in iis quæ mandat illi Deus facienda, & quo illum ducit; tune qui ſaluum ei conductum largiri debueras, & in oſcula pacis ſuſcipere, teipſum armatus opponas, tu ruinam eius quæras aduerſarius, tu lapis illis ſis offenſionis? Manet alta mente repoſtum: non inultū tranſibit. Quòd iudex, cuius muneris eſt viam ſternere, qua prodeat iuſtitia, ſuumque proſequatur iter, ipſe eam impediat? Quod tu pater, tu mater quorum intereſt filios tuos dirigere, refrænare, ſi quando iuuenili feruentes ardore frœna laxant petulantiæ, vos ipſi filios tradatis ſeruos iniquitatis: Quis ferat? Tu cuius eſt te ipſi opponere, qui vindicta flagrans ſuas ſectatur paſſiones; tu inquam pacis illi fœdera interrumpas, tu illi diſſuadeas? Quantum hoc crimen? Tales ſunt hi Pontifices, tales ſunt hi Phariſæi, taleſque Principes.

## §. 7. Miſerunt Principes. *Retorquent ipſi contra Deum ipſa arma, quæ Deus eorum tradiderat manibus. Graue facinus illorum, & multorum etiam Chriſtianorum.*

☞ 16 M*Iſerunt Principes & Phariſæi miniſtros vt apprehenderent Ieſum.* Conuocari iubent lictores audaciores, & miniſtros proteruiores, vt præparent ipſi catenas, compedes, vincula, manicas, quibus Chriſtum vinciant, & cautè deducant trahantque captiuum. Nouerant quòd Nazarenus elapſus fuiſſet è manibus, & verentur, ne pariter eorum effugiat manus, vnde præcipiunt vt inſtructi rebus omnibus factum aggrediantur. O perduelles: illam etenim poteſtatē, quam à Deo acceperunt in ipſum retorquent Deum: & viribus ab eo receptis bellum inferunt illi crudeliſſimum. Verba ſunt miranda, & iuſta querimonia, qua Deus per vatē Oſeā contra illos
Oſea.7.16 expoſtulat: *Ego confortaui brachia eorū & ipſi cogitauerunt in me malitiā.* q. d. Ego brachia illis roboraui, ego vires miniſtraui quibus illa moueant, & hinc tantā mihi moliuntur iniquitatem.

Pro more habent Reges Aragoniæ Cæſar augustam ingreſſi regni illius Metropolim, ante ſe ducere nobilem quendam dictum. Hiſpanis *Camarlengo*; cui Rex iniunxit officium vt eum præcedat nudum præferens oblongum baculū regalis ſignum iuſtitiæ: ad Regem etenim ſpectat facere iuſtitiam & iudicium vt ait Apoſtolus: *Dei enim miniſter eſt tibi in bonum: ſi autem malum feceris, time: non enim ſine cauſa gladium portat: Dei enim miniſter eſt, vindex in iram ei, qui malum agit.* Vt autem cum honore & auctoritate tali officio virgæ fungatur, annuos illi aſſignat redditus particulares, & eximiam cum auctoritate dignitatem. Quod ſi miniſter hic omiſſis ſeditioſis nebulonibus & Regis inimicis, ipſam virgam contra ipſum Regem retorqueret, illaque eum percuteret: O fœdifragum! ille eſt qui tibi brachia ad virgæ portationem roborauit, quatenus illi per eam famulareris, & eadem ipſa vteris vt ipſi bellum inferas, eumque ſic atrociter offendas? De hoc grauiter Deus cōqueritur: *Ego confortaui brachia eorum.* Nota illud pronomen *Ego.* Quis eſt, qui iudicibus tribuit poteſtatem? Quis eos gladio præcinxit? Quis illis mandandi, vetandi & ius conceſſit diſponendi? Quis reliquos eorum obſtrinxit ſubiectioni? Reſpondeat Apoſtolus: *Non eſt poteſtas, niſi à Deo:* & hinc concludit: *Qui poteſtati reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit.*

I. Mos Regum Aragoniæ. Rom.13.4

Hoc eleganter dixerat Spiritus S. *Audite Reges & intelligite, diſcite iudices finium terræ. Præbete aures vos, qui continetis multitudines, & placetis vobis in turbis nationum: quoniam data eſt à Domino poteſtas vobis & virtus ab Altiſſimo.* Audite me Reges & intelligite Iudices: qui ſolo verbo veſtro percellitis mundum, & populos frænis quibuſdam continetis: vos ab omnibus tanto dignati honore, tanto deducti comitatu: vos quos mundus cæteris præfert, pluriſque facit: vos cui locus ceditur eminentior, quibus & maximè nobilis, maximè diues, maximè præpotens pileum tollit tranſeuntibus, & profunda veretur reuerentia, an mente vel ſemel reuoluiſtis, quis vobis hanc dederit ſuper alios poteſtatem? Certum eſt, ex uentre matris veſtræ non illum in mundum aduexiſtis. Si dixeris: Rex nobis hanc conceſſit, dicite: quis & ipſi illam tribuit? A Deo veſtra dimanat poteſtas, & qui in ſella reſidet iudex in ſua plenaria audire debet poteſtate: *Non haberes poteſtatē aduerſum me vllā, niſi tibi datum eſſet deſuper.* D. Bern. hæc verba Ioa.19.11
ponderans ſic ſcribit: *Iam tunc per ſe eloquebatur & in ſe experiebatur quod poſt per Apoſtolus clamanis*

Sap.6.2. II. Omnis poteſtas à Deo.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*manit in Eccleſijs: Non eſt poteſtas niſi à Deo, & qui reſiſtit poteſtati, Dei ordinationi reſiſtit.*

Quàm egregiè hoc Daniel ſuperbiſſimo proteſtatus eſt Regi Nabuchodonoſor, quando declarans illi viſionem arboris, quam ſomnians viderat, ſic ait: quia non cognouiſti Deum eſſe, qui tibi poteſtatem tribuit & imperium, teque in eo conſeruauit: regno extorris eijcieris, & velut belluæ ferociori vngues tibi accreſcent, & pili, in campis ſub dio moraberis, donec perpendas & hanc fatearis veritatem: tunc demum regno

*Dan.4.23.* tuo reſtitueris: *Cum cognoueris poteſtatem eſſe cœleſtem.* O ſi Deus hoc agere deberet cum Regibus, Principibus, Dominis & Iudicibus: qui nunquam hoc reuoluunt: regnum, poteſtatem, dignitatem, locum & præeminentiam à Deo ſibi conceſſa vt per ea Domino dignè ſeruiant: *In vindictam malefactorum, laudem vero bonorum*; vtque omnes ſupremo famulentur Domino, Deo ſcilicet: *Ad hoc poteſtas ſuper omnes homines Principibus data eſt* ſic ſcribit D. Greg. Mauritio Imp. inſtans vt legem à ſe ſancitam reuocaret, quâ inhibuerat ne quis miles ad monaſticā vitam in religione reciperetur. *Vt qui bona appetunt adiuuentur, vt cœlorum via largius pateat, vt terreſtre regnum cœleſti regno famuletur.* Deus eſt qui manibus tradit gladium, dum te iudicem conſtituit, tibique vt audias, hæc verba loquitur, quæ Iudæ Machabæo: *Accipite ſanctum gladium munus à Deo, in quo deijcies aduerſarios populi mei.*

III. Cur data ſit Principibus poteſtas.

*D. Greg. Lib. 26. c. 100. Ep. 6. ad Mauritiū Aug.*

*2. Macha. 15. 16.*

Quàm apta iuſtitiæ definitio: *Gladius ſanctus.* Sanctum eſt gladio obtruncare homicidam, ſuſpendere & cædere fures, pacis perturbatorem in exilium eijcere. Quando iudex hæc peregerit, attendat ſibi à Moyſe dictum, quod illis qui viginti tria millia idololatrarum occiderunt: *Conſecraſtis manus veſtras hodie Domino.* Et ſi deſideres ſcire quis manibus tuis gladium tradiderit, Deus eſt, qui te illo dignatus eſt honorare: *Munus à Deo.* O quantum beneficium tibi, quòd te Principem poſuerit: tibi, quòd te Rectorem ſtatuerit: tibi, quod te gubernatorem præfecerit: tibi, quod te Auditorem, iudicemque creauerit. Et hoc in quem finem? Vt hoſtes Dei deijcias: *In quo deijcies aduerſarios.* Quâ credis, intentione te Deus iudicem, & Principem exaltauit? Ad quid gladium hunc tibi tradidit & poteſtatem? Vt per hunc perſequaris concubinarium, fœneratorem coërceas, fures fuſtiges, Reipublicæ procul expellas perturbatores, viduam defendas, pupillo ſubuenias, & à potentiore oppreſſum protegas, tandem vt per omnia diuino proſpicias honori. Hoc eſt (inquit D. Ambroſ.) quod aper-

*Exo.32.29*

tè nos docet Apoſt. cum enim dixiſſet: *Non eſt poteſtas niſi à Deo*: concludens ſic addit: *Dei miniſter eſt tibi in bonum.*

*Lib. 4. in Luc. in illud Dixit illum diabolus in montē excelſum & c To. 3. 17*

Perpendo verbum hoc *In bonum*: Ad hoc ſuos eligit Deus miniſtros; tibi in bonum & obſequium: *In bonum.* Quænam igitur eſſe poteſt grauior iniquitas, quàm hanc à Deo acceptam poteſtatem & gladium ſibi in manus traditum auctoritatis, in ipſum retorquere Deum? Hæc eſt Principum & iudicum Hieruſalem non toleranda peruerſitas. D. Augu. opinatur atrociſſimum hoc fuiſſe Iudæorum ſcelus contra Dominum, quod tantis ab eo acceptis beneficijs ingrati, tantis illi reſponderint ſceleribus & iniurijs inhumani. Hic appoſitè ponderat in perſona Chriſti illa Dauidis verba: *Qui oderunt me iniquè: qui retribuebant mihi mala pro bonis.* Notat autem præfatus Doctor duos eſſe gradus nequitiarum in ijs qui beneficia recipiunt. Primus eſt non gratum eſſe ſaltē cum recognitione reciproco. Graue eſt hoc crimen: quod etiam diuinæ miſericordiæ fontes adeo profluos (ait D. Bern. *a.*) areſaciat. Ad rem expendit Rupert. *b.* hanc fuiſſe cauſam ex quâ Deus, cum tanta contuliſſet primæuis noſtris parentibus in paradiſo beneficia, tot illos gratijs cumulaſſet, manum ſuſtulerit, eoſque miſerandum in modum cadere permiſerit, vt bonorum omnium iacturam paterentur: quia ſi rem penitius inſpicias (inquit Rupert.) non inuenies, nec quando ſe viderunt à Deo creatos, diuina illius manu benedictos, dominio creaturarum donatos, quòd vel vnus vel alter verbum dixerit gratiarum actionis nec vnam protulerint rationem, quâ demonſtrarent quantum Deo eſſent deuincti.

*Pſ.37.20.*

IV. Duo ſunt gradus ingratitudinis.

*a Ser. 51. in Cant.*

*b Lib. 2. in Gen. c. 39. Tom. 1.*

V. Adam & Euæ ingratitudo

Angelus qui docebat Eſdram eorum admiratum numerum, qui peribant, illi dixit; non eſt quod mireris, cum tibi noſſe ſufficiat, Deo fuiſſe ingratos; *Ingrati fuerunt ei, qui præparauit eis vitam.* D. verò Paulus vt grauiſſimorum peccatorum extolleret iniquitates, quos vltima mundi videbit dies; hoc de illis ſcribit; *Ingrati, ſceleſti erunt.* Vitium hoc adeo graue eſt, vt totum impleat mundum querimonijs. Porrò licet hoc ita ſit (inquit D. Auguſt.) non hoc tamen eſt grauiſſimum flagitium, quo quis ſuum poſſit offendere benefactorem. Sed multò grauius eſt, quando nedum non reſpondet obſequijs, ſed turpioribus illum offendit, irritatque criminibus, retribuēs mala pro bonis; hoc odium illud eſt iniquum, de quo Dauid tantopere querebatur: *Oderunt me iniquè; Retribuebant mihi mala pro bonis.* Rependere beneficia calumnijs, honores contemptu,

*4. Eſd. 8. 60.*

*1. Tim. 3. 2*

iucunda & placentia moleſtijs & vexationibus. Hoc Dicit D. Auguſt. *Magnum malum.* Teque hortatur vt à talibus tibi caueas. Et tale Iudæi peccatum commiſerunt: *Tales fuerunt Iudæi. Venit ad illos Chriſtus cum bonis: reddiderunt illi mala pro bonis.* Nihil aliud intendebat, quam illis benefacere, eorum docere ignorantiam, illuminare cæcitatem, curare infirmitates, reſuſcitare mortuos illi verò nihil aliud intenderunt & conati ſunt, quàm illum contumelijs afficere, perſequi, calumniari, & occidere. Nemo criminis huius poteſt inficiari grauitatem.

D. AVGV.

VI. Sed tertius gradus duos alios vincit.

Cæterum gradum alium nos docet Euangeliſta nequitiorem nempe, quòd nedùm agnoſcant accepta beneficia, nec illa ſolum rependant offenſis: ſed inſuper & ipſis beneficijs vtantur ad ſcelera grauiora; hoc eſt quando eo ipſo, quo alius tibi præſtat beneficium illi tu noceas, & eo ipſo, quod tibi in manus tradidit, damnum inferas illi notabile. Si quis eſſet tantâ malitiâ peruerſus vt te donante illi centum aureos, quibus tuæ conſuleret egeſtati, eos ipſos emendo ſclopeto inſumeret, quo tibi vitã adimeret; & te donãte illi gladium, quo ſe contra inuaſorem & homicidam defenderet, illum in te retorqueret, teque tranſuerſum confoderet: hæc eſt iniquitas maxima quæ hoc in genere committi poteſt: & hæc ea eſt Phariſæorum & Principum: de quibus ſic Iob: *Audacter prouocant Deum, cum ipſe dederit omnia in manus eorum.* Populus hic eſt qui diuinam audacter iram prouocat, quandoquidem in eum ijſdem inſurgat donis, & poteſtate ſibi ab eo tradita.

Iob 12. 6.

VII. Gratitudo Ioſeph ſi deliſſima probatur.

Gen. 39. 8.

Videtur, quantum ſapio, ſpectare facinus illud Ioſeph, quod ſi ſuo nõn contigerit tempore, tamen aliquam eius potuit habuiſſe ſcientiam. Præclara fuit illa Ioſeph dominæ ſuæ propoſita ratio. Notat caſtiſſimus adoleſcens ſe a domina ſua vehementer ad ſtuprum prouocari iamque vi aperta, & pallio apprehenſum ad concupiſcentiæ ſuæ conſenſum permoleſtè prouocari: quocirca hæc illi reſpondit: *Ecce Dominus meus omnibus mihi traditis, ignorat quid habeat in domo ſua: nec quidquam eſt, quod in mea non ſit poteſtate &c. quomodo ergo poſſum hoc malum facere?* Abſtulit mihi Dominus peccandi eumq; offendendi poſſibilitatem: cum omnia meis confiderit manibus, ita vt mihi videatur impoſſibile tantam illi poſſe importare ignominiam: & licet vellem, non poſſem: voluntatem impediret impotentia: *Quomodo poſſum hoc malum facere?* q. d. Domina, de graui redargueres præſumptione, grandem meam cuncti carperent impudentiam, traditor audirem perduellis, maximaque Dominum meum offenderem iniquitate, ſi illa fiducia, qua mihi confidit, ſi illo honore ad quem me prouexit immeritum, ſi beneficijs illis quibus me præuenit indignum, abuterer, & ea vt inſtrumentum iniuriæ aſſumerem, ad quam me tua prouocat laſciuia: nec enim tam vilis ſum animi, vt talem in eum committam proditionem: vt illo, quo me dignatus eſt, eum ingratus offendam, nec mihi furor eius tanta eſt prouocandus audacia: nulla namque grauior poteſt iniquitas malumque cogitari: *Quomodo ergo poſſum hoc malum facere?* De illis igitur hoc dicit Iob, qui Dei miſericordias ac beneficia, quibus illos affatim in bonis, auctoritate, dignitate, & honore cumulat, iniurias Dei ſceleraque conuertunt. Suprema hæc eſſe dicitur impudentia: diuinæ iræ prouocatiua: *Qui prouocari bonis ad meliora debuerant, peiores ſiunt* (inquit D. Gregorius hæc verba enucleans.) Quinimo & illa eſt multorum ingratorum proteruia peccatorum, quæ ad tantum aſcendit temeritatis & impudentiæ gradum vt ijſdem donis ſibi à Deo collatis, conceſſis & liberaliter profuſis, contra Deum arma moueant, ex illis gladios conflent & exacuant quos in ipſum retorqueant: atque in tantam labuntur proditionem, *Vt ſuis contra Deum donis pugnent*: teſte D. Gregorio.

D. GREG. L. 11. mor. c. 2.

Hoc eſt quod iniquiſſimè ferens Deus grauiter exponit: qui valde prudenter & neruosè ſuas nouit declarare iniurias, quando vocato ad ſe Propheta Ezechiele, ſic illi præcipit: *Fili hominis notas fac Hieruſalem abominationes ſuas.* Hoc eſt populi huius infortunium, quod ſuorum non agnoſcat criminum acerbitatem, non abominationum ſuarum impudentiam: illas ei propone, & ſub figura cuiuſdam mulieris illas expone. Hæc parua naſcitur, paupercula omni deſtituta ſuffragio, & ſubſidio, omni nuda protectione, tandem à viro nobili eius miſerto ſuſcipitur: vidit etenim eam ſanguine ſeu ſordibus natiuitatis ſuæ conſpurcatam: illam ſibi aſſumit, mundari iubet, & veſtiri cultioribus, alique delicatius: iam nubilem matrimonio ſibi ſociat, gemmis illam exornat adeo pretioſis, vt ſimilibus nunquam ornata quæcunque ſponſa proceſſerit. Quid autem illa? in tantum inſolenter benefactorem inſurgit, mille illi molitur traditiones, eoque peruenit vt ipſas gemmas ſibi à ſponſo ſuſpenſas texendis illi impendat inſidijs, illis ſe expoliat vt placeat amaſijs ſuis eaſque illis tradat, vt eos in ſui amorem pelliciat, in tam notabile ſponſi ſui detrimentum: *Et tuliſti vaſa decoris*

18

Ezec. 16. 2.

VII. Allegoricè hæc ingratitudo cõfirmatur.

tuæ

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*tui: de auro meo atque argento meo, quæ dedi, & feciſti tibi imagines.* Ad litteram de ſynagoga loquitur: eo quod ex iiſdem diuitijs auri, & argenti quibus eam Deus ditauerat, idola conflauerit in non modicum Dei contemptum; & pariter miſeros carpit peccatores: etenim inſtrumenta & media pulchritudinis, quibus illos affatim cumulat, in bellica vertunt inſtrumenta quibus Deum oppugnent.

*Tuliſti vaſa decoris tui.* Te ipſum attentè conſidera, & videbis quibus te Deus ditauerit, formoſum reddiderit & opulentum. Tibi tradidit intellectum, vt Angelus videaris: oculos velut vigiles, qui duo videntur luminaria in globo capitis: linguam, qua tuos exprimas conceptus: manus, vt illis capias quidquid ad tui ſpectat cõſeruationem: bona largitus eſt & ſalutem: ad ſuam te traxit Eccleſiam, ſuo purificauit ſanguine, culparum tibi remiſſionem obtulit, ſuis ditauit Sacramentis, donisque cœleſtibus: Attende num deſiderare poſſis aliquid, quod non habeas. Quid autem tu? hæc ipſa Dei beneficia, facis inſtrumenta iniuriarum Dei. Ipſum intellectum contra eum retorques, mille contra proximum machinatus inſidias, varias in pauperes fraudes confingens: oculis ea conſpicis, quæ tibi Deus inhibuit appetere: linguam commoues ad periuria, mendacia, murmurationes, detractiones: diuitias conſumis in luxurijs, impudicitijs, vindictis: ſalute corporis abuteris, ad protelandam pœnitentiam, & inertem ſegnitiem de peccato minimè reſurgendi: quid amplius? Ipſam Dei miſericordiam tibi aſſumis vt illum grauiùs offendas: cum mille committas flagitia, in quibus turpiter luxuriaris, ſub diuinæ titulo miſericordiæ.

VIII. Hanc Dauidi Deus exprobat ingratitudinem. 2. Reg. 12, 7. 8.

Hoc Deus eleganter Dauidi propoſuit: quando per Nathan illi rationes expoſuit cur ſic in eum commoueretur, ob cõmiſſum ab ipſo adulterium & homicidium: *Hæc dicit Dominus Deus Iſrael: Ego vnxi te in Regem ſuper Iſrael, & ego erui te de manu Saul, & dedi tibi domum Domini tui &c. Quare ergo contempſiſti verbum Domini, vt faceres malum in conſpectu meo? Vriam percuſſiſti gladio, & vxorem illius accepiſti.* Perpende quæ feceris. Quis hoc credat? cum ego te Regem creauerim & Dominum, tibique poteſtatem dederim exercitum & imperium, quod hæc in mei contorſeris contemptum, & nominis ignominiam? Vt auctoritate vſus ſis regia, qua in domum tuam alienam tibi raperes vxorem, & præciperes fideliſſimum tibi militem eo loco certaminis conſtitui: vbi certò vitam ſit perditurus? Periniquè fert hoc Deus.

IX. Cur Chriſtus linguam reſtituens ingemuerit.

Mirabilis fuit ille Domini noſtri agendi modus quando ſurdo & muto linguam & aures erat reſtituturus. Narrat D. Marcus: adduxerunt Domino ſurdum & mutum, & deprecabantur eum multum, vt impoſitis manibus ſuis illum curare dignaretur. Ipſum Chriſtus de turba ſeorſum rapuit & immiſit digitos ſuos in auriculas eius, & ſaliua ſua linguam eius madefecit, deinde ſublatis in cœlum oculis, ingemuit: *Suſpiciens in cœlum ingemuit*, aitque illi: *Epheta* id eſt ad aperire. q. d. Aperiantur ad audiendum aures, & lingua ad loquendum & factum eſt ita. Quid hoc rei, Domine mi, cur hac in occaſione ſic grauiter ingemiſcis? An tibi quidquam eſt delectabilius, quàm hominibus benefacere? Optimè dixit ſeruus tuus Moyſes: *Lætabitur Dominus benefaciens vobis.* (*Deut.* 28. 63.) An forte virum curas inuitus? Salus quam illi largiris, vel bona eſt vel mala cur illam impertis? Si bona, cur illam tribuens ingemiſcis & ſuſpiras? Plures à SS. Patribus audio proferri rationes: potiſſimum à D. Greg. (*Ho. 10. in Ezech.*) ſed eam non incongruam arbitror fore, ſi dicamus: quod Domino occurrebat, id quod in homine iſto venturũ eſſet, de quo ſuſpicari poſſumus illud quod de multis illius populi, quibus ſua contulit beneficia: cum enim ita ſit, quod grande cõferret illi donum, dum linguam ſolui vt Deum laudaret, diuina tractaret, & quæ illius ſunt obſequij: *Vt in eius laudem ora laxentur*, inquit D. Greg. (D. Greg.) quod tamen vir hic hoc linguæ beneficium in Chriſtum retorqueret, & eadem ipſa lingua cum reliquis vociferaretur: *Crucifige, crucifige eum.* Quocirca, quamuis illi libenter linguam laxaret, in quantum hoc erat beneficium illi præſtare: tamen ingemiſcit, conſiderans quòd ille ipſe qui hoc eſſet accepturus donum, ipſum retorqueret, ſibiq; aſſumeret, vt Chriſtum perſequeretur, illum bello laceſſeret, & mortem eius eſſet experturus. Hæc eſt multorũ in Chriſtum iniquitas, & hæc Phariſæorum eſt peruerſitas: propitius ſit nobis Deus ne in illam proruamus.

## § 8. Miſerunt Principes. *Principes grauiora committunt ſcelera; idcirco vidit illos Ezechiel in medio inferni.*

PRincipibus hoc tantum ſcelus adſcribitur quod Chriſtum apprehendant. Et quam certũ erat miniſtros illis non defuturos. Notat D. Baſil. quòd grauiſſima crimina communiter à maximè potentioribus committantur: *Quia tes auaros poten-*

29 D. Baſil. *Ho. 7. q ia eſt in diuites.* Tom. 1.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*potentiæ incrementum ſit in eis occaſio maioris ſceleris.*

I. Pauperes non tam grauia patrant crimina.

Pauper exigua pollet poteſtate, vnde, vel non audet, vel non poteſt turpioris notæ peccata committere. Si ſtomachetur non habet, quo ſe vindicet & tuetur, nec eſt qui illi manus dando patrocinetur. Si mulierem ſcortator concupiſcat alienam, ab hoc facinore retrahitur, quia media deſunt illi, quibus eam ad hoc alliciat, nec habet huic facinori ſequeſtrum. Gula illius tanta non poteſt eſſe cum opes non habeat nutrices delitiarum: nec otium tam diuturnum, quod omnium mater eſt vitiorum: incumbit etenim illi, ſi manducare velit, operari. Præpotens autem hæc omnia faciliter: habet etenim quo plenam inferat iniuriam, quo perfectè vindictam reportet, quo puellam etiam abditiſſimam ad crimen ſollicitet: miniſtros habet & ſeruos ad omne facinus paratiſſimos, tempus, otium, delicias. Hinc eſt, quod Vates Hieremias totam obambulans vrbem Hieruſalem, ſi quidem in illa repererit, quòd paſſim omnes ſuis Deum flagitijs irritarent, aduertit tamen quòd quantò vrbis illius ciues erant potentiores, tantò erant & malitiâ nequiores. Officiales vidit mendacijs oppletos, mercatores vſuris & fraudibus inuolutos, pauperes cupiditate & inuidia flagrantes; porrò potentiores vidit his omnibus ſceleribus ſupra modum inquinatos: *Ibo ad optimates, &c. Et ecce magis hi ſimul confregerunt iugum, ruperunt vincula.* Cuncti diuina præuaricati ſunt ſtatuta, ſed potentiores multò potentiùs: quandoquidem eorum potentia, criminum eſſet illecebra grauiorum.

Hiere. 6. 5.

L. 33. mor. cap. 2. In cap. 40. Iob.

Eleganter hoc Deus expreſſit ex mente Diui Gregorij & clariùs D. Thom. etenim locutus cum Iob deſcribit illi diabolum ſub figura Elephantis, quem nominat Behemoth. Eius illi declarat creationem, naturam, corpus, vires, arma, machinas, & tandem eius alimentum: declarat quo loco menſam ſibi habeat abundantem, & quis illi fercula præparet condiatque gratiſſima, atque hæc in montibus inueniri. *Huic montes herbas ferunt; omnes beſtiæ agri ludent ibi.* Sic nonnulli hoc interpretantur, q. d. cibum Elephanti dulciſſimum herbas eſſe teneras, & fœnum abundans, & minimè contritum, & hoc montes producunt: iuxta illud Dauidici: *Qui producit in montibus fœnum, & herbam*, & in illis ipſis vagantur animalia, cerui, lepores, cuniculi, capræ monteuſes; vt enim ait Plinius. Elephas cæteris animalibus eſt manſuetior: illi etenim congradiuntur, nec timent, & coram eo inter ſe liberrimè colludunt, ſed quid ſublimius ſpectauit Deus: declarare namque voluit cibum guſtui ſapidiſſimum & copioſiſſimum diabolo in montibus inueniri, in quibus liberè ſpatiantur, & colludunt animalia. Conſueuit Deus mundi potentiores nomine montium exprimere, vt ante diximus: & notat Diuus Auguſtinus, quia cæteris magis extolluntur: Hic vtique beſtiæ liberè diuagantur & colludunt, quandoquidem non illis opus ſit alimentum inquirere vt delicijs ſaginentur. Ibi ſedem ſuam figere poteſt luxuria; ibi gula liberè ſpatiatur, ſomnus quieſcit, vindicta oberrat, vanitas arrogantia, præſumptio, cunctique inordinati carnis appetitus, velut beſtiæ, expeditè ſolutèque colluctantur: Ibi vtique fercula diabolus habet ſibi ſapidiſſima, & palato ſuo gratiſſima; per hanc enim qua fulgent, poteſtatem ea quæ volunt, & quomodolibet peccata committunt.

II. Potentiores grauiora patrant ſcelera.

Iob 40. 15.

Pſ. 146. 8.

L. 68. c. 7.

III. Quis ſit cibus dæmoni gratiſſimus.

In illud pſ. 146. *Qui producit in montibus fœnum.* Tom. 8.

IV. Pauper ſuis non poteſt indulgere cupiditatibus, bene quidē diues.

Pauper ſi peregrinus hoſpes illi ſuperuenerit, quem epulo velit excipere lautiori, nequaquam poteſt; non nummos habet quibus gallum Indicum comparet: nec vitulum afferat, nec ceruum, nec conditura, partem ſalſæ carnis, vel caules, & fercula quotidiana de penu profert, non alia. Quod ſi potentiorem hoſpes inuiſat, hic vtique genialiter eum excipiet; cum enim præpotens ſit, ſibi de quibuſlibet poteſt proſpicere, habet qui venatum pergat, qui gallos Indicos, & carnem inquirat vitulinam; habet vnde perdices aues phaſidas, & capones acquirat, vnde placentæ coquantur dulciſſimæ. Pauperem ſi conueniat hoſpes, appetitus inquam inhoneſtus, & vilis, illi parum indulgere poteſt, nec enim habet, quo formoſam ſibi deuinciat mulierem, nec quo carnis ſatisfaciat deſiderijs, nec quo foueat concubinatum, nec eiuſdem criminis conſortes imitetur. Præpotens autem, optimè; ſi namque peregrinus adſit, ſicut Dauidi, & alienam appetierit ouiculam non deerit, qui illam eius ſiſtat & ædibus & thalamo: quid ſi diutiùs eius voluerit inhoneſto perfrui contubernio, eiuſque virum è medio tollere licet nobilem genere, non illi Ioab deerit, mandati feralis executor; quod ſi deſideret hoc proditoriè fieri, non illi deerit exercitus, vbi tali ſtatuetur loco in quo confeſtim omnes in illum irruant inimici.

Hoc conſiderans Diuus Ambroſius ſic ait: *Lubricam igitur videmus ad vitia poteſtatem &c. facultatem imperandi incentiuum eſſe peccandi.* Si regina Iezabel regalem texit proditionem quâ iuſtum opprimat necetque Naboth, atque ad eam

D. AMBR. Apol. 2. de Dauid c. 3. T. 1.

regem

regendam falſidicum aduchat teſtimonium perjurio formatum diabolico: non illi falſiloqui deerunt teſtes, nec qui illos inducat, nec quo ſubornentur. Et ſi necem Abſalon inferre fratri machinatur Amnoni: non illi deerunt ad manum & ſcelus parati famuli, vt illum interficiant: quod
☞ 20 ſi Principes Hieruſalem Chriſtum intendant apprehendere: non illis miniſtri deerunt ad tantum facinus audaciores: quia potentiæ incrementũ, fit eis occaſio maioris ſceleris. Ex his rationem collige cur Dominus noſter nihil habeat in ore frequentius, quàm inculcare nobis, Principes & Potentes ſi reprobi fuerint & peruerſi, grauiores in inferno paſſuros cruciatus, & in ſedibus collocandos particularibus in loco illo tormentorum. Hortatur Spiritus Sanct. lib. Sapien. Reges
Sap. 9.1. & iudices: *Audite Reges, & intelligite, diſcite iudices finium terræ præbete aures vos, qui continetis multitudines, & placetis vobis in turbis nationum.* Vos meos auſcultate ſermones quibus omnis ſeruit & obedit mundus, quos nationes omnes turbæque reuerentur. Quid illis vis Domine ſignificatum? *Exiguo conceditur miſericordia: potentes autem potenter tormenta patientur.* Exiguum vocat, hominem plebeium & vulgarem: vnde ſic legit Vatablus: *Plebeius homo.* Et quod ait hunc humanè & miſericorditer valde tractandum, non vult dicere quòd exiguo in inferno ſit miſericordia, ſic vt illi remittantur peccata ibi: etenim locus non datur miſericordiæ, ſed innuit, hominis plebei cruciatus & tormenta fore multò inferiora. Huius aſſignat rationem, dicendo ſic ſuturum. *Non enim ſubtrahet perſonam cuiuſquam Deus, qui eſt omnium dominator, nec verebitur cuiuſquam magnitudinem: quoniam puſillum & magnum ipſe fecit, & æqualiter cura eſt illi de omnibus.* Hinc eandem elicit concluſionem: *Fortioribus autem*
Lib. 2. cõtra Iouin. Tom. 2. *fortior inſtat cruciatus*, manentque eos dolores acerbiores.

V. Potentiorum pœnæ eriũ grauiores.

Hunc locum producit D. Hieron. quo confirmat impiam eſſe Iouiniani viri nequiſſimi hæreſim, docentis damnatorum omnium æquales pareſque fore in inferno cruciatus: dicebat enim infernum fornaci comparandum, in quam quicunq; præcipitantur eundem calorem, ignemq; patiuntur. Perfide ſtulteſcis hæretice, reſpondet D. Hieron. audi Spiritum Sanct. etenim verbis te docet clarioribus in inferno potentiorum tormẽta fore potentiora. Manifeſtum eſt hoc: ſed difficultatem mouet huius concluſionis veritas, ob eandem rationem quam ad eam dat Spiritus S. ille namque videtur aſſerere contrarium. Sit ita Domine, pœnas damnatorum futuras inæquales ſed iſta diſparitas non eſt ſumenda ex diſparitate perſonarum, per hoc ipſum quod ais: æqualite cenſura iudicaturum potentes & infirmos, Principes & Plebeios, ſic vt nullus hoc poſſit effugere: Non enim quiſquam, quia Princeps eſt, grauius eſt puniendus, ſicut nec quiſquam, quia plebeius eſt, minori eſt præmio laureandus. Tu ipſe conteſtaris, quantum ad te, omnes eſſe æquales: *Æqualiter cura eſt illi de omnibus:* tu Prov. 22. 2.
feciſti æqualiter diuitem & pauperem: *Diues & pauper obuiauerunt ſibi, vtriuſque operator eſt Dominus.* Tu in lege tua ſanxiſti, vt nullus præualeret, nullus attemperetur, quia potens eſt: *Non accipies perſonam potentis.* Tu noluiſti fieri miſericordiam alicui in iudicio: quia pauper eſt & egenus. *Neque miſereberis pauperis.* Qualiter ergo eo ipſo, quo curam de omnibus æqualem geris, concludis, cruciatus diſpoſitos acerbiores potentioribus, atque fortioribus? Diuinum eſt hoc diuinæ ſapientiæ myſterium: ſic ſtatres haberi pœnas infligendas culparum grauitati conformes: quinimo per hoc potentioribus infligendæ ſunt multo ſæuiores, & quod eorum ſint culpæ grauiores: vt vt iam diximus: etenim ſuâ confiſi potentia, peccata patrant perfecta, datâ operâ, nullo obſtaculo præpediti, ſuis omnibus integra circumſtantijs: hoc autem nullatenus facere poteſt plebeius, & qui modica pollet poteſtate.

VI. Quia eorum peccata ſunt grauiora & maiora, me... completa.

Homo particularis & vulgaris veſtem furatur vel quatuor deprædatur aſſes; Principes autem manum adijciunt rapacem caſtris, ciuitatibus, & Regnis. Vir plebeius vnicâ ſibi complacet cõcubina; Principes autem earum greges fouent. Salomon ad luxum alebat trecentas concubinas, præter vxores ſexaginta. Et de Imperatore Maxentio ſcribit Euſeb. Cæſarienſ. eum ſic in omnem libidinem effuſum fuiſſe vt nullam Romanam mulierem quantumuis nobilem, & primariam intactam præteriret: Deinde quantâ hæc à potentioribus patrantur ſcelera libertate? Quàm ſine vllo timore? (a) Occurrat cuicumque occurrit, vita licet alicuius inde dependeret: imo & totius exercitus clades: vt Dauid qui quò liberiùs ſuæ dare poſſet fræna luxuriæ, & Bethſabee concubitu frueretur, in mortem tradidit Vriam militem ſibi fideliſſimum: totumque exercitum ſuum cladi ſubiecit aperti ſſimæ, ſiquidem ea occaſione non parua eius pars cæſa corruerit.

Lib. 8. Hiſtor. Eccl. c. 14.

(a) Tope con quien topares.

Quàm non omni ex parte completum erat illud Herodis adulterium: cum enim pati ſcandalo & inceſtu publico notaretur, nihil erat quod bolum hunc illi redderet amarum

(a) *Azibar el bocado.*

(*a*) & moleſtum ex regali ſua potentia: & nedum illi ſe tanto facinori non opponebant, quorum hoc munus erat: ſed omnes illi manus tribuebant auxiliares, regique palpum obtrudebant aſſentatores: quia vero D. Ioannes Baptiſta liberiùs illi dixit: illicitum hoc Regi contubernium: continuò reprehenſorem capite mulctauit. Si pauperculus quidam fuiſſet, qui facinus, hoc concubinatus attentaſſet: non exigua hoc aditet formidine, non parùs defectibus ex inopia nummorum, ac poteſtatis, mille terroribus anxius, mille turbationibus, & impedimentis cohibitus: hic illum capiet, alter ignominiâ afficiet, alter ſua illum reprehenſione conteret. Perpende (inquit D. Ambroſ.) quàm completè, & liberè ſuum Rex Achab delictum commiſerit, & vxor eius Iezabel iniuſtitiam, quâ vineam ſibi rapiebat alienam, impleuerit: etenim poteſtate eiuſdem iuſtitiæ fortiore vineam iuſto Nabath fures abſtulerant, vitam eius Domino adimentes, inſuper & eam vt blaſphemum accuſantes & denigrantes: vt nullus eſſet qui vel modicum hanc cohiberet nequitiam: quinimo plures illi operam ſuam nauarunt, falſis perruti teſtimonijs. Hic conſidera virum nobilem, potentem, Principem, quàm imperturbatè, commodè & pro libitu ſuo quales vult perpetret iniquitates: vxorem nimirum accedat & corrumpat alienam, pauperem opprimat, ſuaſque ſectetur vindictæ paſſiones.

*Lib. de Nabuth Iezraelit.*

VII. Pauperũ vero peccata ſunt minora & defectuoſa.

Ex altera parte perpende pauperem, quàm furtiuè debeat procedere, quando peccatum aliquod facere determinat: quia (vt dicebamus, & notat D. Ambr.) ſunt hi & iſti in ſceleribus ſuis, ſicut in epulis ſuis. Principes enim & potentiores, quando veſcuntur gallo Indico, capone, perdice, phaſidis auibus, carne vitulina, illis veſcentur omnibus ſuis præparatis condimentis, quibus prouocari poteſt edendi appetitus; & quamuis res ſit vix vllius momenti, vt oua, caules, olera, illis tamen appetitus illecebris epulas extruunt ſapidiſſimas. Plebei verò, vel hæc non comedunt, quia non habent, vel ſi habeant fruſtum arietis, illud comedunt parcè coctum, vel malè aſſatum, & ſi Haleces ſalſas habuerint, illas comedunt carbonibus toſtas, & olera oleo cocta, & omnia infusè compoſita.

☞ 11

Eia agite potentiores (inquit Spiritus S.) veſtris placete guſtibus, veſtrâ gaudete potentia, ad criminum veſtrorum incrementum: idcirco namq; vos ſingillatim præmoneo, loquor & exhortor, vt autem meis præbeatis ſermonibus, & hanc expendatis doctrinam: *Ad vos ergo Reges ſunt hi ſermones mei, vt diſcatis ſapientiam, & non excidatis.* Quid ergo vobis perſuadetis eo fine conceſſam vobis eſſe potentiam, vt ea freti tantò liberiùs veſtris fræna laxetis iniquitatibus? Abſit omnino: quandoquidem enim hæ in vobis emineant: futuræ quoque ſint & pœnæ veſtræ grauiores: flammaſque paſſuri ſitis ardentiores: viſuri dæmones tortores veſtros ſæuiores: iuxta diuinæ propoſitum iuſtitiæ ex quâ hoc emanauit decretum: *Quantum glorificauit ſe, in delitijs fuit, tantum date illi tormentum, & luctum.* Vocat Dominus Ezech. *Fili hominis cane lugubre:* triſtes intona nænias. Et ſuper quos Domine? ſuper mundi potentiores: cum eorum aliquem videris: illum deplora, Væ tibi: quantò namque potentior hic viuis & cæteris excellis: tanto profundiùs ibidem ad cruciatus pœnaſque demergeris; hoc innuunt hæc verba: *Quo pulchrior es? deſcende & dormi cum incircumciſis.* Quotieſcumque virum videris poteſtate ſublimem, dic illi; væ tibi miſero; quanto namque potentia ſublimior erigeris, tantò pœnis deprimeris inferior; cum tuæ ſint crimina conformia poteſtati. Quotieſcumque mulierem videris prophanam fuco ſubornatam, diaboli laqueũ, illam deplora: væ tibi in malum: quantò namque diligentiùs ſtudes cæteras pulchritudine præcellere, tanto ſternetur tibi lutum olentiùs, & horribiliùs: eò profectò modò, quo Saluator noſter triumphantem, ſuperbamque contemplatus vrbem Capharnaum, cæteris caput attollentem, in hæc erupit lamenta: *Tu Capharnaum vſque ad cœlos exaltata, vſque ad infernum demergeris.* Ibi te (inquit) cum impijs detrudent infidelibus: cum vita tua eorum ſit ſimilis: etenim viuis diuinæ cognitionis expers, minarum Dei contemptor, promiſſorum aſpernator, inſtar Gentilis: ſic eadem cum illis pœna punieris. Plange ſuper illos mi propheta, & ſcito quòd *Potentiſſimi robuſtorũ in medio inferni.* Locus potentiſſimorum & fortiſſimorum, qui omnia in mũdo pedibus dedignati propellunt, in medio ſtatuetur inferni. Conſidera quis hic modus ſit loquendi. In memoriam reuoca quod diximus, dum de diuite ageremus epulone ad æternam damnato ſitim: nomen proprium à Christo inferno impoſitum fuit: *Locus tormentorum.* D. Ioanni Spiritus S. oſtendit ſub figura ſtagni ardentis, pice & ſulphure: *Stagnum ignis & ſulphuris.* Qui in medium præceps labitur ſtagni, ille eſt qui aquis demergitur tantò profundiùs: ibi namque ſunt profundiores, & earum eſt copia vberior.

*Apoc. 18. 7.*

*Ezec 32. 18.*

VIII. Plangendi ſunt Potentiores.

*Luc. 10. 15.*

IX. Eorum locus eſt in medio inferni.

Scire deſideras quinam aquis infernalis illius ſtagni ſint abſorbendi profundioribus? *Potentiſſimi robuſtorum in medio inferni.* S. pagina quatenus

nus

X. Quid ſit habitare in medio ciuitatis. nus exponat virum aliquem primarium in vrbe locum obtinere, ſolet dicere: quòd in medio eius locum poſſideat. Sic illa ſanctiſſima Sunamitis Eliſeo percunctanti, num in aliquo poſſet illi gratificari apud Regem, iudices vel optimates:
4. Reg. 4. 13. *Quid vis vt faciam tibi? Numquid habes negotium, & vis vt loquar Regi, ſiue Principi militiæ?* Reſpondit: *In medio populi mei habito.* Quale hoc reſponſum? Quomodo conuenit interrogationi? Numquid meâ indiges opera? *In medio populi mei habito*: q. d. Non indigeo: erat enim mulier ſic in vrbe dignitate primaria, vt eam omnes ſuſpicerent & venerarentur. Quando Abraham libellũ obtulit Deo ſupplicem, quem ſibi præſentem habebat in perſona trium illorum Angelorum, vt Sodomæ parcere non grauaretur: reſpondit illi Deus: quod ſi quinquaginta forent in illa iuſti, vel triginta vel viginti vel decem: idque in
Gen. 16. 26. medio ciuitatis: *Iuſti in medio ciuitatis*, Illi parceret, quid hoc eſt in medio ciuitatis? iuſtos ſi inueniret ſanctiores, eminentiores, meritis præclariores, omnium oculis expoſitos: nouerat enim Dominus, quantum conducant tales ad integræ vnius Reipublicæ reformationem, iam illa licet moribus ſit vitaque corruptiſſima: ex
Sap. 1. 3. eo quod dicat Salomon: *Probata virtus corrigit inſipientem.*

Hoc conceſſo quid ſignificat potentiores in medio inferni fore collocandos? Loca poſſidebunt patentiora, & omnium oculis ſedes expoſitas, atque tartareas inter manſiones eminentiores: ingreſſus enim eò quiſpiam, ilico robuſtos illos conſpiciet & ab alijs facile diſcernet; Ille talis eſt, ille Princeps iſte, & iſte Titularis ille. O potentiſſimi, hæc verba pertimeſcite: *Potentiſ-*
XI. Quid ſit eſſe in medio inferni. *ſimi robuſtorum in medio inferni*, & vt ait D. Chryſoſtom. de alijs: illa veſtris inſcribite lectulis, cubiculis, parietibus, veſtrorum palatiorum portis, menſis, ciſtis, recreationibus, diuerticulis, & voluptatibus. O ſi quotieſcumque tuam vis auctoritatem & poteſtatem ſumere tuis inſtrumentum laſciuijs, impudicitijs, vel tyrannicis oppreſſionibus, vel vindictæ paſſionibus vocem hanc intelligeres: *Potentiſſimi robuſtorum in medio inferni.* Vtinam cruciatus illos attenderes, flammas illas igneas, dæmones illos, illos ſerpentes, & quod omnia ſuperexcedit, pœnam illam damni diuinæ viſionis carentiam: & hæc quidem omnia in omnem duratura æternitatem. Si cruciatus infimi damnati extra omnem comparationem excedant eos quos paſſi ſunt omnes Martyres ſimul collati, imo etiam, illos omnes maximè terribiles, quos Chriſtus in paſſione ſua pertulit: quid dicendum de grauiſſimis inferni cruciatibus? Sic loquimur communiter, non tamen idcirco multi plebei, & viliore ibi ſupplicijs non ſunt puniendi atrocioribus, cum ſæpe grauiſſima committant ſcelera: quæ ſi non mandent executioni, defectu poteſtatis, illa tamen nimia ſua & ruſtica voluntatis optant iniquitate: ſed hæc dicantur, quo potentiores tam ineffabilium timore pœnarum à malis coërceantur. An illis vos ô Principes, Domini, potentes & mundi diuites deſideratis ereptos, magnaque in cœlo gloria ſublimes? veſtram potentiam, veſtram nobilitatem veſtraſque vertite diuitias, vt Deo ſeruiatis tantò perfectiùs, hoſpitali ſuccurratis tantò copioſiùs, viduam pauperem defendatis tantò feruentiùs, pupillum protegatis tantò ſecuriùs, & effrænis tantò efficacius comprimatis libertatem.

## §. 9. *Principes qui miniſtros ſuos efficiunt malos, ſolemniter infernum intrant, ſicut Aſſur: ſtudere debent vt boni ſint.*

*Miſerunt Principes & Phareſæi miniſtros, vt* 21
*vt apprehenderent Ieſum.* Aliam inſuper committunt hi Principes non vulgarem malitiam, nimirum ſuo ſceleri miniſtros ſuos inuoluunt, & ſeruos eodem inquinant flagitio, efficiendo, vt ipſi ijſdem irretiantur iniquitatibus. Vah facinoroſos homines! An ergo vobis non ſufficeret, in Chriſtum vos eſſe peruerſos, vt iam diabolus vos arripiat ſibi prædam, ſed vlteriùs adlaboratis vt peccato veſtro cooperentur, & euſdem culpæ conſortes ſint & famuli, quatenus in inferno pari vobiſcum pœna torquean-
tur? Aduerte hic defectum inter alios, quo Principes & potentiores grauiter diuinam offendunt I.
maieſtatem quòd illis non ſufficiat propria malitia, luxuria, laſciuia, inſolentia, tyrannis, ſed inſuper & ijſdem inficiant ſeruos ſuos, & familiares, & aliquando illos ampliùs, quos amant feruentiùs, quibus ſecuriùs confidunt, & quibus videntur eſſe benigniores. Principes ſuos ſeruos reddunt malos. Primæ notæ nobilem adducis, vt tibi tergum cuſtodiat, quò tantò poſſis ſecuriùs intrare, & domum temerare alienam, & pediſſequo primario præcipis, vt nuntia & ſcedulas cõtractibus tuis transferat infernalibus: & puellæ, quam pluris facis, operam impendis, quatenus te committat quo tu melius noſti: famulo ſubtilioris ingenij committis vſuræ contractum & furtum bonorum pauperis: iniquorum creas illum actorem contractuum. Heu

ſortem dolendam! vt non ſufficiat quòd tu peruerſus ſis & ſubdolus, & velis te diabolus ad tartara rapiat, ſed inſuper & eum perdere coneris, quem lucrari debueras.

*In c.32. Ezech. Tom.5.*

II. Ingreſſus Regum Aſſyriorũ & Ægyptiorum in infernum.

Obſcurum valde eſt cap.31. Vatis Ezechielis: Porrò certum eſt (inquit D. Hieron.) quod loquatur & totum reducatur ad hoc, vt explicet duorum potentiſſimorum Monarcharum Chaldæorum condemnationem quos dicit Aſſur, & Regem Ægypti Pharaonem; & amborũ deſcribit ingreſſum in infernũ: primò Regis Aſſur depingit ingreſſum, deinde Regis Ægypti, Propheta. Domine. Iubeo vt Regem accedas Ægypti Pharaonem, & ſuam illi declares perditionem, & caſum ſuum intimes miſerandum: potiſſimum autem ſolemnem deſcribas ingreſſum, quo tartari regnum eſt ingreſſurus: ob oculos illi proponens ingreſſum Regis Aſſyriorum in infernum: illius fore huic ſimilem: *Fili hominis, dic Pharaoni Regi Ægypti &c.* Domine, qualiter euenit Regi Aſſyriorum? Hoc modo; ad Regnum illum extuli longè latèque diffuſum concessi illi dominium: ſimilem illum creaui altiſſimis cedris Libani, præcelſum, venuſtum, frondoſum, latum, vt fortiſſimis ramis inclytum: vt ad eos quaelibet auium ſpecies nidificaturæ conuolarint & ſub vmbra illius omnigena animalium genera conquieuerint. Rorem illi ſuper infudi copioſiſſimum, fontes duxi, quorum aquæ radices eius irrigarent, q e in tantum excreuit eminentiam: vt illi ceteræ ſyluarum arbores tantam inuiderint celſitudinem. *Erat pulcherrimus in magnitudine ſua & dilatatione arbuſtorum ſuorum: erat enim radix iuxta aquas &c.*

*31s Ezech*

III. Metaphora.

Hoc ſymbolo deſcribere voluit qualiter Regẽ illum præfecerat eximium potẽtem, opibus prædiuitem: in cuius palatio ſeu regno verſabantur millegini nobiles, ſerui, miniſtri, & ſubditi: qui in illo ſicut aues in arborum ramis, & beſtiæ ſub vmbra morabantur. Cùm autẽ infinitas mihi reddere debuiſſet gratiarum actiones, & humanus reſpondere obſequijs: intumuit. *Eleuatum eſt cor eius in altitudine ſua.* Suas ſectatus eſt voluptates, cordis ſui obſecutus eſt appetitui. Quid actũ eſt illis? ſubitò arbor hæc præſciditur, & ipſa rami vndique omnes in infernum deciderunt, idque tanto ſtrepitu & commotione, vt omnium ad ſpectaculum traheret oculos damnatorum: *A ſonitu ruinæ eius commoui gentes, cum deducerem eum ad infernum, cum his qui deſcendebant in lacũ.*

Sumit methoram ex ſententia Maldonati ex ſtrepitu, quem arbor excitat, dum ſubitò conciſa corruit: vel vt ego opinor, ex ingreſſu maximi Principis in vrbem: extra dubium enim eſt, quod numquam tales in vrbem ſoli ingrediantur, ſed magno ſtrepitu, pompaque celebri; cùm intrent totâ ſuâ ſtipati familiâ, pediſſequis, famulis, nobilibus, ſecretarijs, cubicularijs, coquis; vt multo tempore tantæ multitudinis, quam ſecum trahũt tranſitus perſeueret; & ad hoc omnes ſe rite componunt, quo diſtinctiùs hunc poſſint ingreſſum adeo ſolemnem, & copioſum contemplari. Sic ingreſſus eſt Rex Aſſyriorum infernum, ſecum trahens totam ſuam familiam, miniſtros, aulicos, ſtipatores, cubicularios, ſecretarios, aſſentatores: his omnibus comitatus infernum ingreſſus eſſe perhibetur. En quàm ſolemnis ingreſſus. Cur igitur omnes pariter ingreſſi ſunt? Hæc enim eius tanta fuit peruerſitas, vt illi propria non ſuffecerit iniquitas, & ſe nequam eſſe ſolum noluerit, ſed inſuper & eorum operâ, qui familiares illi erant & domeſtici, ſuis impietatibus ſumpſit inſtrumenta & coadiutores & iiſdem culpis inuolutos, eiuſdem pœnæ fecit eſſe participes. Illum Deus intuetur; aitque: *Ecce deductus es cum lignis voluptatis ad terram vltimam in me-* 23
*dio incircumciſorum dormies cum eis, qui interfecti ſunt gladio.* Dicito Pharaoni Regi Ægypti (præcipit prophetæ Deus) quod hoc idem illi ſuiſq; continget domeſticis: *Ipſe eſt Pharao, & omnis multitudo eius, dicit Dominus Deus.* Et hoc vobis inſinuo Principes, potentes mundique diuites & hoc ipſum Deus vult vt vobis intimemus. Audiſtis illorum ingreſſum in infernum, talis erit & veſter, ſi ſimiles illis fueritis. Te Deus hoc illuſtri ſanguine nobilitauit, diuitijs auxit, extulit poteſtate vt cedrũ Libani, bonis rigauit omnigenis cenſuum, dignitatum, ſubditorum; familiam tuã ſeruis miniſtris, ſtipatoribus, quos habes, adauxit. Quid agis? quâ ratione Deo gratus reſpondes? quænam illi reddis obſequia? Vita ſentina eſt laſciuiarum, vanitatum, periuriorum, & perturbationum: & malus cùm ſis, plures alios tuis itetus facinoribus: hunc ſcedulis, alterum nuntijs, illum qui tibi terga cuſtodiat, alterum vt tuas foueat lites & contentiones, alium, quo ſuas tibi miniſtret voluptates, hunc vt tibi aduletur, aſſentetur. Quid tandem de te futurum arbitraris? Ecce mortis ſecuri te Deus excindet inopinatò: iam enim te Præcurſor Chriſti præmonuit: *Ecce ſecuris ad radicem arborum poſita eſt &c.* Atque in infernum corrues, in ſempiternum non ſurrecturus, tecum trahens omnem illam miniſtrorum ſeruorumque cateruam, ad grauiorem tui damnationem pœnarumque incrementum.

IV. Principes non ſoli damnantur, ſed plures ſecum trahunt.

*Luc.3.9.*

Qualis ô! intrauit diues ille epulo ſuis conſtipa-

ſtipatus, eius crudelitatis diſcipulis & immanitatis adiutoribus: ita vt Lazaro ad eius ſtatim proſtrato, & fame pereunte, omnes ei illuderent, & fame emori paterentur: *Et nemo illi dabat.* Qualis fuit primi illius Herodis ingreſſus, quàm ſolemnis, crudelis & vſque ad horrorem immanis: cum ſuis ſatellitibus, qui tartaream illius executi ſunt iniquitatem tantorum innocentum ferales homicidæ, quo regnum eius tyrannicum incolume ſaluumque ſeruaretur? quàm celebris ille filij eius Herodis adulterio & inceſtu ſpurciſſimi, tot ſtipati aſſeclis, qui cœnis eius inſtruendis impudicis ſeruiebant, facti omnes prætores inhoneſti mortis machinatores, & innocui ſanguinis illius, quo terra non tulit maiorem, Baptiſtæ ſcilicet, effuſores? Quo ſtrepitu, quo tumultu ingreſſi ſunt tartarum ſacrilegi illi Reges Achab & Iezabel, quos tanta comitabatur ſeruorum, apparitorum, falſorumq; teſtium multitudo, qui raptui vineæ Naboth cooperati ſunt, & manus eius lapidationi præbuerunt auxiliares? Rarò tales ingrediuntur damnanturq; ſoli. Heu miſerrimos mortalium, cum vobis non ſufficiat damnari, atque in infernum præcipitari, ſed vobiſcum trahere velitis, ſicut ille draco, quem D. Ioann. vidit, quòd corruens in infernum, ſecum inuoluerit traxeritque tertiam partem ſtellarum. Hæc eſt illa deteſtanda in Principibus iniquitas, ſunt enim ſimiles illis: ſuorum namque operâ ſeruorum vtuntur, vt iniquitates ſuas & furentes exequãtur paſſiones: quocirca tanto Deus illos timore percellit.

V.
Principes non patriantur ſubditos peccare.

Communis eſt illa in SS. litteris exhortatio facta Principibus & Dominis potentioribus, magnæque familiæ patribus, vt toto annìſu laborent quatenus omnes domeſtici virtutem colant, nec illos quidquã mali facere patiantur, ne hoc ab ipſis Deus requirat. Itaq; Domine mi, teneris nullatenus conſentire, vt famuli tui in aliquo Deum offendant: & tu Titularis, vt ſubditi tui cuipiam ſint oneroſi atque iniurioſi: quod ſi reſcieris, nec illos ex æquo caſtiges, tu ipſe pœnam lues, atque punieris. Huic propoſito conuenienter expendit D. Cyrill. Alexan. legem à Deo Moyſi præceptam & à populo obſeruandam. Attende, ô Moyſes, quod ſiquis bouem habuerit, & indomitam eius malamque ignorauerit inclinationem ſeu furorem, eumque domo ſuâ egredi permiſerit, hic autem aliquod damnum intulerit, bos moriatur, Dominus autem eius liber ſit & ab omni ſupplicio abſolutus: *Quod ſi vero bos cornupeta fuerit &c. & conteſtati ſunt dominum eius, nec recluſerit eum, occideritque virum aut mulierem, & bos lapidibus obruetur, & dominum eius occident:* Bos occidetur quia damnum intulit, dominus autẽ eius quia conſcius illius defectus, illum non recluſit, non ligauit ſed liberè vagari permiſit. Hoc ſtatutum trutinat D. Cyrill verbis D. Pauli: *Numquid Deo cura eſt de bobus?* An forſitan in hoc Deus ſolummodo intendit, illud quod ad boues attinet. Paulò ſublimius Deus aſcendit voluitque in hoc nos omnes inſtruere: quid eſſe cogitas boues niſi filios tuos, ſeruos, ancillas, domeſticos? Bobus aut arat agricola terram, & miniſtris ſuis Princeps ſiue Iudex ſiue Prælatus excolit Rempublicam. Illos (inquit D. Cyril.) Deus tauro cõparat. Eſt enim animal inſolens, audax, temerarium, igneſcens cholericum, cui ſanguis bullit: talis etenim ſunt aliquando filij tui, ſerui tui, petulantes, immorigeri, proterui, effrænes, audaces, tuâ temerarij poteſtate & auctoritate, ac velut iuuenes in quibus ebullit ſanguis, quos lucrum incitat, & peruerſa ſtimulat inclinatio. *Tauro comparat iniurioſum, & arrogantem, & qui vim inferre poſſit: ſuperbum eſt enim hoc animal, & tumidum, & ad pugnam valentiſſimum, eiuſque impetus difficilè ſuſtineri poteſt.* Idcirco Iacob filium Regis Sichimorum taurum appellat, vt dic Veteris dicemus.

L. 7. de Adorat. in ſpiritu.

VI.
Allegoria de boue cornupeta.

Exod. 21. 29.

1 Cor. 9. 9

D. Cyril. Alex.

VII.
Principes pro peccatis ſubditorum ſibi notis puniũtur.

Hoc tibi pro verò conſtet, quod ſi quiſpiam eorum, qui tuæ commiſſi ſunt curæ, peccatum aliquod cõmiſerit, vel in nequitiam aliquam fuerit lapſus ſic, vt tale quid tu neſcieris, nec quidem ſuſpicari potueris, Deus illum puniet, tu immunis eris, cùm ſis criminis innoxius. Porrò ſi te præmoneant, vel ad aures tuas peruenerit filium tuum effrænem vitam ducere, ſimplices ad ſtuprum prouocare puellas, domos frequentare inhoneſtas famulum tuum nummis deprauari, vel contractus inire viliſſimos, domeſticos tuos vacare luxuriæ, noctibus per feneſtras ſe demittere, filias tuas noctu ad feneſtras periculoſis tempus terere collocutionibus, vel aliquem ex familiaribus alteri iniurioſum eſſe, illos verò minimè coërceas, filium tuum non ſeuerè punias, vel cubiculo recludas, ne ſimilibus operam det ſcurrilitatibus, *ſi non recluſeris eum.* Tuos autem famulos, & pediſſequos, non vt decet, refrænes: hoc tibi vt verum aſſero: & tu & illi peribitis: illi vt rei criminum, tu verò vt criminum ſuffragator, *ſi homo fuerit tibi ſubiectus* (audi monentem & vera dicentem D. Cyrillum) *quia filius aut domeſticus, & aliquem obruerit iniqua poteſtate, ſi tu eius mores ignoras morietur ille tantum: ſed ſi tibi eius conſuetudo eſt explorata, & non comprimis, morieris & tu.*

D. Cyrill. Alex.

VIII. Probatur in Heli.

*L. 3. contra ſe temp. vitæ monaſt.*

Ex hoc colligitur mortis ſupplicium, quo Deus Heli ſummum Sacerdotem perdidit, vt eleganter proſequitur D. Chryſoſt. enucleans, quod ipſe quantum ad ſe, dignus eſſet Dei ſeruus, vir præcomio commendabilis, etiam à S. Spiritu teſtimonium habens morum integritatis eò quòd Dei populum quatuor luſtris pijſſimè gubernauit, nec eſſet qui de eo loqueretur verbum malum. *Senex erat & grandæuus, & honorabilis, & ipſe indicauit Iſrael viginti annis ſine querela &c.* Hæc verba ſingillatim perpendit D. Chryſoſt. in ſummi illius Sacerdotis commendationem. Duo nati fuerant illi filij, filij nequam, filij Belial, mulierum ad tabernaculum præ deuotione confluentium ſtupratores. Patri filiorum indicantur crimina, citat illos, reprehendit: filij mei, perpendite vobis non eſſe decorum patrare talia, quæ paſſim à vobis facta circumferuntur vt autem leuis nimium fuit hæc pueris obiurgatio, illi verò omnem exuiſſent pudorem, nullum in eis fructum operata eſt, non eos confregit: vnde nec à ſceleribus peruicaces abſtinuerunt. Vnde, inquit Dominus Samueli: dicito Sacerdoti illi Heli: quia per memetipſum iuraui: debitas mihi luet pœnas, nec minori, quàm mortis, plectam eum ſupplicio, qua de cauſa Domine? Quid peccauit hic? *Eo quod nouerit filios ſuos iniquè agere, & non corripuerit eos.* Domine iam illos de ſcelere redarguit. Non diffiteor: attamen blanda tantis inſolentijs correptio, non eſt dicenda correptio: muneris illius erat, eos apprehendere, vinculis conſtringere, ſecludere, duriùs excipere, latera fuſte tundere, vt tauros indomitos, ac ferociores. Non hoc egit: in eos animaduertam, infauſto hinc leto emigrabunt: & ipſe pater capite tantam luet in filiorum reprehenſione ſocordiam: & factum eſt ita.

*1. Reg. 4. 18.*

IX. Exaggeratas tale peccatum

Vobis ſit hic exemplo Principes, Domini, patres, iudices, ſuperiores, diuites, ex eo veſtram diſcite obligationem, qua filios veſtros, famulos, domeſticos tenemini reprehendere, non permittentes ab eis vel vllum committi flagitium: quòd ſi huic ſegnes defueritis officio, actum eſt de vobis, & hoc ſcitote: moriemini. Rationi igitur demus auditum, ſi non aſperiùs reprendere & duriùs excipere filios tuos, ſeruos & familiares, tantùm coram Domino vobis officiat: quid erit, ſi nec leuiter eos argueris, nec verba protuleris, quibus eos à ſua coërceas iniquitate? Et quid dicendum, ſi nedum illos ob ea ſeuerè redarguas ſed & ijdem conſentias? Et quid credendū, ſi nedum conſentias & annuas, ſed inſuper locum tribuas, & occaſionem, nec non laudibus extollas? Sed ſuper omnia, quid timendum, ſi nedum peccantes non arguas, conſentias, & collaudes, ſed tu ipſe eos ſceleribus inuolras: & cùm illi nihil mali machinentur, ſi tu ipſos nequitiæ tuæ ſequeſtros eligas, & tuarum ſtatuas inſtrumenta nequitiarum? Extra controuerſiam eſt quod Deus à vobis exiget rationem, voſque peccatum illud ſoluetis: non ſolùm ex eo, quòd vos illud committatis, ſed etiam ex eo, quòd illi veſtros illaquetis miniſtros & familiares: idcircò illi & vos, & vos & illi ſolemni in infernum pompâ intrabitis. Hæc ea eſt Principum iniquitas, vt nedum illi ſint mali, ſed inſuper miniſtros ſuos ſuarum reddant complices iniquitatum, vt ſint & eorum complices in inferno tormentorum. *Miſerunt Principes & Phariſæi miniſtros, vt apprehenderent Ieſum.*

## §. 10. Miniſtros. *Aliquando miniſtri Principes ſuos reddunt peruerſos: punientur ſicut Chaldæi & Menelaus.*

VErumtamen aduertendum, quòd ſicut in hac occaſione nobis refert Euāgeliſta Ioa. 15
hanc Principum erga miniſtros ſuos peruerſitatem: in alia nobis ſimilē narrat miniſtrorū & ſubditorum cum Principibus iniquitatem: illi quippe erant: qui vt Principibus palpum obtruderent aſſentatores illos in Chriſti perſecutionem acriùs inſtigabant. Sic illud expendit D. Chryſ. in eo quod euenit, dum Dominus cœcum à natiuitate illuminauit. etenim cum iam illuminatū nonnulli cernentes, interrogarunt qualiter viſum recuperaſſet; ille verò reſpondit: Chriſtus luto ex ſputo ſuo compoſito liniuit oculos, & laui & video: quocirca illum turmatim apprehenderunt & Phariſæis obtulerunt: *Adducunt ad Phariſæos eū qui cæcus fuerat.* Et addit Euangeliſta. *Erat autē Sabbatum, quando lutum fecit Ieſus.* Quaſi inſinuans malorum iſtorum intentionem ſubditorū: cùm enim non ignorarent Principes ſuos, in Chriſtum inimicos conſpiraſſe, quærenteſque contra eum occaſionem perdendi illum: arbitrati quod iam illis occaſionem afferrent, illum de trangreſſione ſabbati accuſando, quia in illo manibus ſuis lutum compoſuiſſet, captum illum adduxerunt, velut illos accedentes, vt Chriſtum ea de cauſa perſequerentur.

*Hom. 56. in Ioan. Tom. 3.*

*Ioan. 9. 15*

I. Miniſtri mala intentione cæcum ad Principes adducunt.

Idem intendit D. Cyrill. & inſequitur hanc opinionem Abbas Rupert. quando Dominus Lazarum à morte reſuſcitauit: dicit enim Euangeliſta; ſiquidem multi, viſo illo miraculo in Chriſtum

*In Cat. Græc. in c. 11. Ioan. in c. 11. Ioa. To. 2.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

crediderint: alij tamen Principes acceſſerunt rei euentum, illis enarrantes: *Multi crediderunt in eum: quidam autem ex ipſis abierunt ad Phariſæos.* quidam autem nedum non crediderunt, ſed abierunt, inſtanter Principes ſuos in Chriſtum excitantes, dicentes illis Chriſtum impoſtorem eſſe & incantatorem, quodque niſi modum eius agendi reprimerent totum poſt ſe raperet populum; imò mundum vniuerſum; vel vt illis adularentur, vt Rupertus opinatur, anſam illis tribuendo, quo grauiorem Chriſto mouerent perſecutionem: quandoquidem plenum cõfeſtim in eum coëgerint concilium, quod die Veneris proximo referemus: in quo mortem eius concluſerunt.

III. Serui dominos ad malũ excitantes puniuntur.

Et verè ſic ſe res habet: quod ſi nonnulli ſint Domini ita peruerſi vt lapis ſint offenſionis ſeruis ſuis ad peccatum. ſunt & pariter famuli ſubditi, ac familiares, qui quo Dominis ſuis applaudant adulatores, eos ad malum excitant, noua illis adferunt, quibus aliquando prouocantur, & ad iram contra proximum inardeſcunt: & aliàs irritantur vt alienam ad adulterium vxorem ſollicitẽt, aut ad inhoneſtam voluptatem, quæ numquam illis in mentem inciderat. Sunt autem hi execrabiles coram Deo, quos ſeueriùs caſtigat.

*In Pſ. 9.* IV. Patet in Chaldæis

Attentè perpendit D. Chryſoſt. id quod in Babylonia contigit, quando Rex impius Nabuchodonoſor tres illos ſanctiſſimos iuuenes fornaci iniecit ardentiſſimæ comburendos; ſcilicet quòd ab igne manſerint illæſi, & rore quodam cæleſti perfuſi mirum in modum delectati ſint; flammarum autem globuli diruptâ fornace foras exilierint, ipſoſque Chaldæos exuſſerint, miniſtros illi facinori ſuam operam impendentes. *Erupit & incendit quos reperit iuxta fornacem de Chaldæis,* (*Dan. 3. 22. 48.*) *& viros, qui miſerant Sidrach, Miſach & Abdenago, interfecit flamma ignis.* Quærit S. Doctor. Præſens aderat ſpectaculo Nabuchodonoſor omnis impietatis artifex, qui iuuenes fornaci iuſſerat injiciendos? Omnino præſens aderat illos intuens, omnium, quæ fiebant imperator teſte S. paginâ. Cur igitur eum non inuaſit ignis, ſed Chaldæos eius miniſtros & ignis incentores: cùm ipſe grauiori longè quàm omnes illi crimine eſſet culpabilis: quod ſi illi peccarent, eius obediebant imperio, atque ex lege, quam ipſe promulgarat?

V. Cur Rex illæſus ab igne euaſerit.

Nimirum (reſpondet D. Chryſ.) quia ipſi Regem prouocarant, vt crudele hoc facinus attentaret. Nec hoc ſubticuit Spiritus S. cum enim præſciret nos in eo hæſuros, nobis huius voluit dubij præmittere ſolutionem, ad noſtrarum ſalutem animarum. Dicit: promulgatâ illa lege per faſtuoſum illum Regem, vt omnes ſtatuam ſuam adorarent, omnes Principes & plebei Chaldæorum obtemperarunt, & Regis ſtatuam, quâ potuerunt maximâ ſolemnitate adorantes coluerunt: Rege Nabuchodonoſor adſtante ſibique applaudente: notantes autem illi Regis hanc a tribus illis adoleſcentibus ſtatuam non adorari, confeſtim Regem adierunt ſibi perſuadentes, quod Regis gratiam aucuparentur: Domine mi Rex mandatum tuum de adoranda erecta ſtatua tua, iuſtum eſt adeo, & rationi conſonum, vt illico eam omnes tantâ animi promptitudine & voluptate, quâ vidiſti, coluerimus: porrò noueris iuuenes hic inueniri adeo inſolentes, vt tuam, ò Rex perſonam contemnant & iuſſionem, & eam in tui deſpectum adorare noluerint: conueniret ad eorum ſupplicium, & terrorem aliorum, vt fornaci eos traderes igneæ comburendos, ſtatuto à te promulgato conformiter. *Statimque in ipſo tempore accedentes viri Chaldæi accuſauerunt Iudæos, & dixerunt Nabuchodonoſor Regi: Rex in æternum viue: Tu Rex poſuiſti decretum, &c. Sunt viri Iudæi quos conſtituiſti ſuper opera regionis Babylonis Sidrach, Miſach & Abdenago: viri iſti contempſerunt Rex decretum tuum, &c.* (*Dan. 3. 8.*) Ecce, quàm eleganter notat Spiritus S. omnes caſus huius circumſtantias & blandimenta quibus Regis animum vlcerarunt. (VI. Miniſtrorum facinus expenditur.) Eodem tempore (inquit) quo ſibi Rex applaudebat, in Chaldæorum omnium obedientia, proprius accedunt, aliorum contumacem proponentes inobediẽtiam, quatenus promptâ ſua obedientia Regis animum acriùs in illos commouerent decreti ſui contemptores. Ad hoc acceſſerunt: *Statim in ipſo tempore.* Inſuper nomen Regis ſæpius repetunt: *Tu Rex poſuiſti decretum.* q. d. Rex es, & per conſequens poteſtas tibi eſt condendi leges & mandata, eaque actoritate Decretum hoc de ſtatuæ huius adoratione promulgaſti: ita vt, quicuicumque hoc minimè obſeruet, iniurius ſit nedum perſonæ tuæ in quantum ſingulari, ſed etiam in quantum Regi, quocirca crimen eſt læſæ maieſtatis.

Tertiò: iuuenes illos proponunt & velut magis obſequio Regis deuinctos [ad beneficia illis ab eo præſtita, præclara illis in regno ſuo ciuitatum Babyloniæ munera conferente. *Quos conſtituiſti ſuper opera regionis Babylonis:* q. d. ſi forent illi, quos duriùs excepiſſes, vel contemptos abieciſſes, non multum foret: veruntamen ſunt illi, quos ſingularibus tibi fauoribus doniſque deuinxiſti. Vltimò: verbo vtuntur *Contempſerunt.* Non aiunt, neglexerunt: vel ſe ſubduxerunt,



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

vel mandata tua non impleuerunt, ſciatur quare: ſed contempſerunt decretum tuum: ita vt id quod agunt, non tantùm hoc faciunt, quia decretum illis hoc non conueniat, quantùm quia te, tuaque mandata floccipĕdant: etenim oſtendere geſtiũt, quod illa deſpiciant. Ecce quales ſubditi, quo ſpiritu phrænetici? Perpende quantùm vrgeant Regem: vt rem faciat adeò ſacrilegam, nempe iuuenes illos innocuos fornaci tradat ardentiſſimæ. Conſidera quot proferant rationes, vt Regis animum aduerſum viros illos exulcerent iuſtiſſimos. Proſiliat igitur ignis, eos deuoret, eos conſumat, Regem autem illæſum ſaluumque pertranſeat.

☞ 26 Bone Deus, ſi Deus ex rigore deberet procedere iuſtitiæ, quoties ſimilia videremus, ſubditorum, miniſtrorum, ſeruorumque ſupplicia: quoties domino quieto accedit ſeruus noua referẽs, quòd talis contra eum locutus ſit, eius honori derogarit, & hæc perpendens ait: quis eſt iſte qui ſic tuæ præſumat inſultare dominationi? quoties alter accedit verſipellis Domini ſui beneuolentiam ambiens, talem ei feminam in memoriam reducit, conuenire hoc faceret, vel illud, quo ſibi eam aſſequatur? quot miniſtri, tuique domeſtici, verùm dixero Satanæ tibi mille narrant hiſtorias, quibus tibi furorem excitent, ad vindictam prouocent ad laſciuiam impellant, ad iniuriam alteri moueant inferendam?

VII. Confirmatur in ſeruis Pharaonis.

Quoties in mundo contingit Principibus & dominis, quod Pharaoni Regi Ægypti, in diebus Abrahæ, narrant geſtum Spiritus S. etenim vrgente fame, ſeceſſit cum Sara vxore ſua in Ægyptum, quæ venuſtatis formâ præcellebat, quam primùm eò acceſſit, conſpiciunt eum nobiliores, & aulici, pulchritudinem eius admirantur nimis. Ilicò regi tam formoſæ mulieris indicant aduentum, eum ſtimulantes, vt oculos ſuos in eam conijcere dignaretur. *Viderunt mulierem quod pulchra eſſet nimis, & nunciauerunt principes Pharaoni, & laudauerunt eam apud illum.* Nec deſtiterunt donec eam ad Regis palatium abduxerint. *Et ſublata eſt mulier in domum Pharaonis.* Aduerte qualiter facti ſint lenones, & ſequeſtri laborante quò modus præſcribatur aptior quò Rex eius amplexu perfruatur. *Lenonis* (inquit D. Chryſoſt.) *egerunt officium in Regis gratiam.* Eius intuitu blandiuntur Abrahæ, feſtiuè eum excipiunt & muneribus honorãt ſibi familiaribus; ouibus, agnis, arietibus eum ſibi deuinciunt, vt conſentiret ei quod Regi placebat. *Abraham bene vſi ſint propter illam, fueruntque ei oues, boues, & aſini, & ſerui & famula & cameli.*

Gen. 12. 13.

Duobus verbis, bonis illum cumularunt, armentis, & turba famulorum. Conſidera quàm illud ſit frequens in mundo. Perpende, quid ſerui faciunt, quando mulierem vident vultus elegantiâ ſpectabilem quid non moliuntur, vt eam Domino ſuo repræſentent, qui plura poteſt efficere, vt Dominus ea gaudere poſſit, plura diligenter efficit. Quàm ſunt illi liberales, & maritis, ſi habeant, beneuoli, imo parentibus eorum benefici? quàm ex animo conantur eſſe aquarioli, & viam applanare, cuncta dimouendo impedimenta.

Imo hac de cauſa flagellis cecidit Deus, nedum Pharaonem, ſed & omnes ſeruos illius. *Flagellauit autem Dominus Pharaonem plagis maximis, & domum eius.* Nobis non exponit, inquit Card. Caiet, quænam fuerint hæc flagella, & quæ plagæ: ſed cum dicat fuiſſe plagas maximas in ſuperlatiuo gradu, *plagis maximis* intelligere poſſumus quænam fuerint. Et attende, monet D. Chr. quid nobis dicat, quòd illis Regem, & domeſticos eius flagellauerit: etenim ſi Rex peccauit vxorem expetens alienam, his malis deſiderijs fomitem miniſtrarunt eius aulæ domeſtici, familiares, optimates. Indubium quippe eſt quòd à pœna non euadent innoxij, qui dominos ſuos ad crimen impellunt atque ad illud adducunt culparum incentores: & hoc ſibi certiùs tales perſuadeant, quod ſi Deus actutum illos temporalibus non flagellet plagis ad maius hoc eorum differtur detrimentum: illos etenim pœnis puniet ſempiternis: ſed aliquoties illis numerato ſoluit, plectitque diſponens, vt dum ſibi ſecuriorem arbitrantur Regis ac Principum gratiam, ob impoſita illis quædam mendacia, quibus eorum captabant beneuolentiam, ignominiosè ab illis expellantur: & nec tu, nec ego: nec ſcit alius eius facti rationem: ipſe verò ſic erectus diuerſa mente voluit argumenta, caſum ſuum inopinatum admiratus, autumans ſuo iudicio, nedum ſe pœnam non meruiſſe, ſed plurimis dignum beneficijs ob captatam beneuolentiam, quodque Dominum ſuum ad illicita propulerit: & non aduertit, à Deo cor Domini ſui commoueri; & hoc effici, vel diſponendo vel permittendo, vt eum tanquam ipſam mortem execretur, quem paulò ante habuerat vitâ chariorem.

Hom. 32. in Gen. Tom. 1.

VIII. A Deo in hoc mũdo tales quomodo puniantur.

Stupendum refert nobis Spiritus S. caſum in historia SS. Machabæorum. Viuebat ea tẽpeſtate Menelaus homo verſutus & ſimoniacus, qui per- 27 ☞
uerſis olim medijs ſibi ſummũ vendicauerat Põtificatum, à quo breui deiectus excanduit: vt autem ſuas aſſequeretur prætenſiones, & dignitati pri-

IX. Oſtenditur in Menelao.

priſtinæ reſtitueretur; familiarem ſe reddidit & quaſi Regi Antiochi eiuſque nobilium miniſtrum: vt autem eius ſibi deuinciret animum, gratuſque accederet, Regem cœpit in S. Iudam ducem Machabæum acrius excitare: calumnias multas de eo ſpargens: oſtendebat illi, quantum conduceret illum vinctum captiuare, quantumque hoc eius negotijs, & regionis illius intereſſet vtilitati: proditor autem verſipellis nihil eo minus cogitabat, ſed hoc ſolum animo gerebat inſculptum, qualiter ex Regis beneuolentia ſummum denuo adipiſceretur Pontificatũ ſibi præreptum, teſte Spiritu S. *Commiſcuit ſe illis & Menelaus; & cum multa fallacia deprecabatur Antiochum, non pro patriæ ſalute, ſed ſperans ſe conſtitui in Principatum.* Quoſdam inuenias qui ſemper ſe alienis immiſcẽt negotijs, Principum aulas introgreſſos; vt neſcias vnde, vel quomodo quos reperias aularum intimis intromiſſos, fideliſſimos ſe iactant miniſtros, & optimè Regibus affectos, orationibus loquuntur imperfectis, oſtendunt præclara ſe poſſe obſequia præſtare Principibus, huic mentiuntur & alterum fraudibus irretiunt. Talis fuit Menelaus Regem deprecatus: vt publico conſuleret commodo, atque ſuiipſius dignitatis incremento, demonſtrans, quòd vt in proprium ſuum emolumentum eius ſtuderet vtilitati, atque populi beneficio: quodq; Regis expediret negotijs & obſequio, vt Iudam Machabæũ, perſequeretur, & vehementer idcircò id fieri deprecaretur, quaſi nihil ardentius optaret, quàm quòd regijs expediret negotijs: ipſe verò nebulo, teſte Spiritu S. proditorem agebat, flocci namque faciebat imperij Antiochi Regis incrementum; aut quod eum diabolus viuum abriperet; & multo minus patriæ proſpiciebat vtilitati, parum anxius quod illa perderetur, ſed hoc omnium vrgebat primò, quatenus perditam, quam ambiebat, poſſet obtinere dignitatem. *Cum fallacia deprecabatur Antiochum non pro patria ſalute, &c.*

2. Machab. 13. 3.

Tantam Deus intuetur proditionem, atque non eſt ex ratione tantum impunitum fore nebulonem qui quò ſibi Regis conciliet animum, eundem inſtigat ad illicita. Hoc igitur Deus egit, cor Regis tam acriter in eum excitauit, vt ex inſperato nullacognita eius ratione Rex eum iuſſerit occidi, nam ex altiori loco in vallem præcipitatus, & congeſto cinere præfocatus interijt. *Sed Rex Regum ſuſcitauit animum Antiochi in peccatorem, &c. & iuſſit apprehenſum in eodem loco necari.* Hoc quippe Dei eſt opus qui corda Regum, Principum & dominorum habet in manu ſua. *Cor Regis in manu Domnini, & quocumque voluerit, inclinabit illud.* Hoc habet in more Deus vt ſeruos fideles & iuſtos, qui ſtudent non agere, nec permittere vt quidquam in domo Principum ſuorum fiat illicitum, reddat Dominis ſuis acceptos, & beneuolos vt neſcias quomodo, vel quomodo non eos Domini, toto proſequantur mentis affectu: patet in Daniele: quem præpoſito palatij Regis Babyloniæ reddidit amabilem. *Dedit Deus gratiam & miſericordiam in conſpectu Principis eunuchorum.* Integris fide, vitaq; ſeruis gratiam dat Deus in conſpectu Regum & dominorum ſuorum, quibus Dei gloria cordi eſt, eique quo poſſunt optimè conſulunt; Deus ſtudet vtilitati, vultque vt coram Dominis ſuis gratiam inueniant quam maximam.

Prou. 21. 1.

X. Fideles autem ſeruos dominis ſuis reddit acceptos.

Dan. 1.

XI. Probatur in Daniele.

Quando Rex Babyloniæ obſedit, armiſq; ſubegit Hieruſalem plurima retulit inde ſpolia auri & argenti, ſed primaria fuerunt nobiliores de ſanguine Regio nati adoleſcentes, eruditi, formâ præſtantiores, prudentia & doctrina clariores. *Ait Rex Aſphenez Præpoſito eunuchorum, vt introduceret de filijs Iſrael, & de ſemine Regis & tyrannorum pueros, in quibus nulla eſſet macula, decoros forma, & eruditos omni ſapientia, cautos ſcientia, & doctos diſciplina, & qui poſſent ſtare in palatio Regis.* Ecce quales requireret conditiones: & inter illas hanc aduerte: *qui poſſent ſtare in palatio Regis:* qui namque talibus non eminerent digni cõditionibus, & qui iuxta Palatij qualitatem ſuas non haberent illi conuenientes, *non debent ſtare in Palatio.* His annumeratus eſt Daniel, in quo quædam prærogatiua conditiones illæ commendabantur inſigniores, quæ Dario regi ſeruirent, eius exequendis intentionibus idoneæ. Et quia has in illo cognoſcebat eminere, cæteris eum omnibus ſuis præfecit domeſtici. *Igitur Daniel ſuperabat omnes Principes, & ſatrapas: quia ſpiritus Dei amplior erat in illo.* Quis, obſecro ſpiritus eſt iſte Dei, quem teſtatur in Daniele ceteris eminentius effulſiſſe? Zelus erat amorque Dei: Spiritus S. amor eſt: hoc ita flagrabat & ornabatur Daniel, vt eum omnibus præferret domus ſuæ, regnique Principibus. Aptiſſimus hic eſt vt in Palatio Regis nutriatur & cum talis eſſet, ſibi gratiam Regis animumque conciliauit.

Dan. 6. 3.

XII. Aman autem infidelis ab Aſſuero ſuſpenditur.

E contra vero Aman; perpende quo in honore fuerit in Palatio familiaris Regis intimus, ſed cum honorem Dei non ageret, ſed proprijs intenderet lucris, propriæ ſeruiret doloſus æſtimationi, Regis excidit iuſto infortunio familiaritate. Regi proponit conſilium vt ad augen-

das ſibi diuitias cunctos iubeat necari Iudæos. Non ad hoc attendit, quid Deo magis in hoc eſſet acceptum, ſed hoc ſolùm; augendis ſuis inhiabat diuitijs, non perpendens hoc in non leue fore præiudicium damnumque populi Dei. Hoc ergo conſilium & hæc eius intentio ruinæ eius dedit exordium, eoque tandem res deuenit, vt ipſe malorum incentor patibulo ſuſpenſus interiret. Perpendamus differentes ſeruorum honoris Dei zelatorum exitus, ab ijs illorum qui ſuis ſolummodo ſtudent commodis, qua de cauſa Principibus applaudunt, omneſque eorum calculo ſignant actiones.

*Tob. 1. 13.* XIII. Tobias gratus eſt Regi Salmanaſſar.

De S. Tobia refert S. pagina, cum in Niniue captiuus habitaret: *Quoniam memor fuit Domini in toto corde ſuo, dedit illi Deus gratiam in conſpectu Salmanaſſar Regis, & dedit illi poteſtatem quocumque vellet ire habens libertatem quæcumque facere voluiſſet.* Græcus textus habet. *Dedit ei Deus gratiam & pulcritudinem.* Infudit Deus oculis Regis magnam aliquam Tobiæ complacentiam, ſic vt Regi perquam placerent, vt iuſtæ illius omnes actiones, vnde natum eſt, vt tanta illum honoraret poteſtate, quanta honoraſſe perhibetur. Ne tibi perſuaſeris; quia dominæ tuæ non applaudis leuitatibus, nec ei palpum obtrudis, idcirco te minoris æſtimabit, aut ſuo deſtituet auxilio: quinimò efficiet Deus, vt illa oculos ſuos aperiens, & meliora ſapiens te diligat ardentius, pluriſque faciat, nec non tibi negotia maioris momenti confidat, te bonam aduertens, atque de te hoc ſibi perſuadens, quod neutiquam mali quidquam ſis commiſſura: per hoc etenim Ioſeph in domo Domini ſui tantam adeptus eſt poteſtatem: vt quidquid poſſideret, eius committeret manibus, non ſtrictiori adſtrictus reddendæ rationi, quam ipſe reddere voluiſſet. *Dominus eius optimè nouerat Dominum eſſe cum eo, & omnia quæ gereret ab eo dirigi in manu illius. Inuenitque Ioſeph gratiam coram Domino ſuo & miniſtrabat ei: à quo præpoſitus omnibus, gubernabat creditam ſibi domum.*

XIV. Eadé de cauſa Ioſeph Domino. *Gen. 39. 2. 3.*

Quâ ſecuritate fidit Dominus ſeruo, quem fidelem iuſtumque inuenit: etenim certum eſt, quòd licet aliquo tempore videatur non ita gratus eſſe, erit, cum vrgebunt negotia & quando ſua Dominus cum Deo peraget extrema mortis horâ, demonſtrabit quanti hanc faciat bonitatẽ, & ſic Deus cum talibus cuncta diſponit; ſicut etiam ex oppoſito cum peruerſis, quorum id omne ſtudium eſt Dominis ſuis adulari, mentiendo, & eorum prouocando voluptates, dum illos ad illicita cohortantur: diſponit, vt eos Domini execrentur, illi verò rationem ignorent: eoſque domibus ſuis eliminent, imo & aliquando tradant carceribus: quid plura? patibulo ſuſpendant, ſicut Rex Aſſuerus optimatem illum ſibi familiarem cruce damnauit, eo tempore, quo beneficia ſperabat ſibi conferri digniora.

§. 11. Dixit illis Ieſus &c. *Cohibens Chriſtus miniſtros ſuam oſtendit potentiam, & magis ſuam miſericordiam: ſicut dum peccatoribus permittit, vt pro libitu ſuo faciant, ſuam demonſtrat indignationem.*

Aſſumentes igitur Principes miniſtros 28
ſuos, eorum per hoc excreſcente nequitia, illos miſerunt Chriſtum apprehenſuros. Ad templum magno tumultu, carcerum inſtrumentis inſtructi feſtinant. Admirantur eos omnes quotquot illos videbant, ſe mutuo interrogant, per quos tranſibant: quid iterum in vrbe contigit, quod tot miniſtri; & omnibus ita præmuniti concurrant? Num timore concutiunt populum? Ad templum accedunt, in quo Dominus tranquillus & ſedatus populo concionabatur; quam primum deteguntur, attollit Chriſtus oculos, miniſtros attentius intuetur. Quid iterum ages Domine contra effrænem hanc impudentiam? Perpende qualiter tibi pater tuus acclamet Dauid: *Exaltare qui iudicas terram, redde retributionem ſuperbis. Vſquequo peccatores Domine, vſquequo peccatores gloriabuntur, &c.* Terribili nimis & ardenti excanduit ira Alexander Magnus in Regem Darium ſupremum Medorum, Perſarumque Imperatorem, cuius hiſtoriam Deus luce prophetica manifeſtauit vati ſuo Danieli ſanctiſſimo, Darium deſcribens in figura potentioris arietis, Alexandrum autem ſub ſymbolo hirci caprarum leuiſſimi, animoſi & impudici. Præoſtendit illi arietem fortiſſimum, qui cornibus ſuis totam ſibi ſubijciebat terram, cumque in ouili ſuo tutus conquieſceret, ecce à longè hircum cernit prodeuntem ab Occidente, Euro velociorem, & deſpexit eum: porrò hircus ex hoc indignatus, recta in arietem toto fertur impetu, in terram eum proſternit, pedibus conculcat, mille calcibus impetit. *Aries non poterat reſiſtere ei, cumque eum miſiſſet in terram, conculcauit, & nemo quibat liberare arietem de manu eius.*

*Pſ. 93. 2.*

I. Alexãder Dario Regi cur ſic infenſus fuerit.

*Da. 8. 7.*

In ariete (ex communi Doctorum ſuffragio) deſignat Propheta hieroglyphicum Darij Perſarum

rem Monarchæ & Medorum, cui mundus parebat vniuerſus: eumque vocat arietem: non enim populo Dei crudelis fuit aut immitis, quinimò mitis & benignus: per hircum non inferioribus delineauit proprietatibus Alexandrum ob eius impudicitiam, procacitatem, & modum agendi temerarium. Supremas Darius mundi totius habenas moderabatur: in eum ſurrexit Alexander Magnus, inferioris ætatis iuuenis, eumque copias ſuas in Darium produceret, deſpexit hic illum nec quidem tentorio ſuo egredi dignatus eſt, ſed quoſdam miſit miniſtros ſuos, & militum manum, qui captiuum illum, vinculiſque conſtrictum adducerent. Reſciuit hoc Alexander bile grauiter inardeſcit, atque: Siccine Principes excipiuntur: nihil agendum aliud, quam mittere miniſtros qui me captum abducant: quocirca quam primum miniſtros illos vidit: crudeli eos nece mulctauit, totumque furorem ſuum in Darium conuertit, illum cepit, calcibus impetijt, pedemque ſuum eius pectori ſuperpoſuit: vt tuam inde cognoſcas impudentiam, qua me per tuos miniſtros captiuum ducere præſumpſiſti. Hoc vates innuit. *Cum autem miſiſſet in terram conculcauit eum, &c.*

II. Cur Chriſtus Principũ miniſtros nõ punierit.
4. Reg. 1.

O Chriſte piiſſime, ſatis congruum videtur, vt ſimilia cum illis ageres, eo denique plecteres ſupplicio, confunderes apparitores, permitteres, vt terra viuos illos abſorberet, pedibus conculcares ſummoq; afficeres opprobrio: quinimò Propheta tuus Elias milites duceſque Regis Ochoziæ, qui eius præcepto venerant eum deducturi, parum venerabundi, quàm primum eos vidit nimio accedentes faſtu, continuò diuina vſus poteſtate, ſibi à Deo tradita atque conuerſus ad cœlum verbo ſuo de cœlis ignem detrahens in terram, hos & illos ſemel & bis infauſto conſumpſit incendio. Et ſatis apparet, quòd idem hoc quidam tentarunt Apoſtoli: quandoquidem ob quandam irreuerentiam aut inurbanitatem, multo illa minorem, quâ Dominum affecerant Samaritani, optarint imo poſtularint à Chriſto, vt cœleſti illos igne mulctaret. Verumtamen optimè Saluator tunc illis reſpondit: *Filius hominis non venit animas perdere, ſed ſaluare.* Non veni eorum puniturus iniquitates, ſed illos ab eis liberaturus. Nec adſum meritas pro culpis pœnas inflicturus, ſed eos, diuina ſic vrgente mea miſericordia, reparaturus: quocirca nullum eis incommodum adfero, ſed pluribus beneficijs, doniſque præuenio cæleſtibus.

Luc. 6.6.

Quorum hoc primum eſt, quòd eos vi diuini verbi ſui cohibeat, vt opere peruerſas ſuas haudquaquam exequantur cogitationes, in quo diuinam ſuam prodit apertè poteſtatem: quia in hoc diuinam ſuam Deus oſtendit potentiam, quòd in cordibus operetur hominum. Quam hoc mirabile fuit in Pharaone, qui grauiter infenſus Iſraelitis, toto perſequitur illos furore, quo cunctos demoliatur: vult illi Deus indicare hoc ſibi perplacere, vt ab incepto deſiſtat facinore, illique mandat, imo deprecatur, vt populum dimittat à ſeruitute, liberum concedat exitum, furoremque ſuum quo perſequitur Iſraelitas, moderetur; ipſe verò tantum abeſt, vt diuinis obediat humilis iuſſionibus, imo ſic obſtupus, & arrogans illis recalcitrat, vt ſuperbia tumens infernali, & diabolica ferox arrogantia Dei nuntio mandatum exponenti reſponderit. *Neſcio Dominum & Iſrael non dimittam.* Iuſtum ſit Dei mandatum, idcirco contrarium agam: nec enim Deum agnoſco, nec populum à ſeruitute liberum abſoluam. Cum autem tanta contra Deum peruicacia fureret, coram eo Moyſes & Aaron conueniunt; atque ex Dei nomine diſſoluta loquuntur libertate, ſanctoque zelo inardeſcunt: nec illos præſumit redarguere. Quis eum cohibet, quò minùs, ſi vellet, in eos ſuam euomeret indignationem, qua contra Deum feruebat, quę executionis ſuæ non poterat ferire potentia? Flagellare Regem incipiunt, mutante Deo aquas in ſanguinem putridum & corruptum, vt ex ſolo eius fœtore, ipſe Rex omneſque deficerent. Ranas illi immittunt, ſomnum illi auferentes, muſcas eum perturbantes, vt ne momento quidem valeat conquieſcere; lapidem, & grandinem, camporum conterentem prouentum, arborumq; fructus: & cum clarius agnoſceret harum omnium, quas patiebatur calamitatum, auctores eſſe Moyſen & Aaron, nihilominus nec ipſe Rex, nec Ægyptij auſi ſunt in illos manum mittere vinculiſque eos conſtringere. Quid hoc, vt duos viros inermes, teliſque nudos vnus Regis integri non præſumant exercitus apprehendere, non omnes populi, & ſubditi armis inſtructi audeant contingere, cum tamen ſe videant ab illis flagellis, quibus cædebantur oppreſſos? Deprecabatur illos Pharao, dolebant flebantque Ægyptij, nullus autem illos inuadat, ſaltem vt ab illis liberentur? Comprehendite illos: etenim in manu veſtra ſunt & forſitan captiui, non tanta valebunt poteſtate & voſipſos his aduerſitatibus eripietis, & flagellis quibus vos duriùs excipiunt. Quis vos remoratur? Adeſt ibi Deus in eorum cordibus operatus, eoſque cohibens, ne ſæuos ſuos in Dei ſeruos

III. Chriſtus ſuam hic oſtendit potẽtiam.

IV. Operatur in corde Pharaonis.

Exod. 5. 2.

ſeruos expleant animos perficiantque cogitatio-
nes.

Declarauit olim Deus ſuam Iob eximiam po-
teſtatem, in eo quod inflatas maris vndas com-
primeret beſtiam ferocem adeo ; idque quibuſ-
Iob.38.10 dam ſolummodo puluenibus arenarum. *Poſui ve-*
& 11. *ctem & oſtia, & dixit: vſque huc venies ; & non*
*procedes amplius , hic confringens tumentes fluctus*
*tuos.* Veruntamen nunc apertiùs multo poten-
tiam demonſtrat ; quandoquidem pelagus adeo
tempeſtuoſum, quale fuit illũ concilium Hiero-
ſolymitanum , elatas ac ſuperbas ſuas attollens
vndas , miniſtros inquam ita robuſtos , vnico
verbo detineat , & vt ſtatuas coërceat immobi-
les. Dum Iſraelitæ fluuium tranſmittunt Iorda-
*Ioſue.3.15* nem , & aquæ pleno (a) gurgite deſcendebant.
*(a) de mar* *Iordanis ripas aluei ſui tempore meſſis impleuerat ;*
*a mar.* ait Ioſue ; in hoc cognoſcetis, quòd Dominus
V. viuens ipſe ſit , qui in hac Arca reſidet, etenim
Allegoria coram eo torrentes, & feruentiores fluminis riui
ſuſpendentur: *In hoc ſcietis , quia Dominus Deus*
*viuens, in medio veſtri eſt.* Efficax argumentum,
ſed efficaciùs longè , & clariùs ad confirman-
dum,quòd in homine iſto tota ſit diuinitas,quod-
que verus ſit Deus cum enim indignationis im-
petus Principum flueret curſu adeo rapido mi-
niſtrorum & apparitorum , in conſpectu eius
coërcentur , atque ad ſolam eius mocantur vo-
cem, & agnorum inſtar temperantur.

☞ 29 Si quidem in hoc ſuam declarat poteſtatem,
VI. non minus erga illos ſuam manifeſtat miſeɩicor-
Suam e- diam , dum illos cohibet, vt conceptam & iam
tiã Chri- committendam non expleant iniquitatem. Notat
ſtus mani D.Aug. ſcribens contra Pelagianum hæreticum,
feſtat mi- nomine Iulianum : hoc enim inter alia eſſe diui-
ſericordiã næ ſignum indignationis , & alicuius reproba-
*L.5. cõtra* tionis , ſi opere exequi patiatur illum peruerſas
*Iulia.c.7.* ſuas intentiones, malaque ſtratagemata. Pro cu-
ius aſſertione profundam adducit Theologiæ
doctrinam, tantò veritate ſublimem, quantò diſ-
ſolutis horrendam peccatoribus, ſi eam conſide-
rarent: etenim ſæpè Deus nequiore punit pecca-
tores, dum liberas illis tribuit habenas , quibus
quælibet poſſint peccata committere, & ſucceſ-
ſum habent optatum in ijs quæ malitiosè machi-
nantur , eſtque hæc ſtrictiſſima pœna , quâ in
hac vita inimicos ſuos plectit ſceleratiores, quo-
rum abſolutè totalem vult permittere damnatio-
nem, quod liberos illos patiatur, quo ſuis vacare
queant appetitibus , indulgere voluptatibus, &
explere prætenſiones. Non eſt hæc mea (inquit)
doctrina ſed doctoris gentium , qui ſupplicium
declaraturus , quo diuina ira ſuperbos illos &
rebelles mulctauit Philoſophos , qui dum tenẽ- VII.
rentur ſe Deo ſubijcere ob conceſſa illis ab ipſo Impuni-
beneficia , atque vt Deum honorare, cum con- tas nequi
temptui habuerunt;ait, diuinam ſuam ab eis ſub- tiæ ſignũ
traxit manum, & ſolutis frænis ſuas permiſit il- reproba-
lis ſectari nequitias. Hoc eſt autem quod ait A- tione.
poſtolus : *Quia cum cognouiſſent Deum, non ſicut* Ro.1.21.
*Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt, ſed eua-*
*nuerũt in cogitationibus ſuis &c. Propter quod tra-*
*didit illos in deſideria cordis eorum.* Hoc ſeuerum
fuit diuinæ iuſtitiæ ſupplicium in tanti criminis
pœnam , quo Deum irritarunt , illos tradere in
deſideria cordis eorum , vt ſuas expleant volup-
tates, prauaque compleant deſideria , luxuriæ,
libidinis , & quarumlibet iniquitatum. Notan-
dum ait D. Auguſt. quod addit Apoſtolus: *Mer-*
*cedem mutuam quam oportuit erroris ſui in ſemet-*
*ipſis recipientes.*

Quid hoc Apoſtole Paule : Numquid in eadẽ
dixiſti Epiſtola, quod ſtipendium, quod debetur,
& quo Deus peccatum ſoluit, mors ſit, ſicut il-
lud quod debetur operi in gratia facto , eſt vita
æterna. *Stipendia peccati mors , gratia autem Dei* Ro.6.23.
*vita æterna?* Quomodo ergo nunc dicis, ſtipen- VIII.
dium prœmium & mercedem illis à Deo ob fla- Duplex
gitia adeò enormia eſſe permittere vt in alia tur- peccati
piora labantur , ſuas explendo concupiſcentias, ſtipendiũ.
ſuaque poſt deſideria ambulando? Dico primò:
duo ſunt ſupplicia decreta peccatoribus: vnum in
hac vita, alterum in futura. In futura, ſtipendiũ
peccati mors eſt æterna: verum in hac, quo Deus
frequentius illos cauſtigat, hoc eſt quod illos pa-
tiatur in ſceleribus ſuis perſeuerare, aliaque pa-
trare grauiora. Dico ſecundo : Familiare pecca-
toribus ſupplicium eſſe mortem & dolores , ſed
extraordinarium , & ſtrictius cõcedere peccatori
in hac vita,eſt, vt liberè & impunitè ſuas expleãt
voluptates, & hoc ſtipendio in hac vita inimicos
ſuos plectit atrociores : *Mercedem mutuam rece-*
*piſſe dicit* ( ſic ait D. Auguſt. ) *vtique damnatos,*
*vt tanta operentur mala, & tamen iſta damnatio,*
*etiam reatus eſt, quo grauiùs implicantur. Itaque*
*& peccata ſunt iſta, & pœna præcedentium pecca-*
*torum.*

Notandum autem,inquit, vlterius quod Apo-
ſtolus nedum dicat hoc eſſe mercedem & ſti-
pendium, quo Deus tales plectit, ſed inſuper ad-
dat, mercedem eſſe huic operi apprime conue-
nientem: *Mercedem mutuam quam oportuit. Quod*
*mirabilius eſt* (inquit præfatus Doctor) *etiã opor-* D.Avg.
*tuiſſe dicit, eos iſtam mutuam mercedẽ recipere.* Nã
ſceleratioribus & primæ notæ peccatoribus mi-
nus eſt ſuppliciũ, in ipſo flagranti delicto eos oc-
cidere;

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

deſere: etenim condignum impudenti & obduratæ eorum malitiæ ſupplicium eſt, eos deſerere, vt in ea progrediantur, vt quantò eorum hic numerus creſcit peccatorum, tantò poſtmodum eorum multiplicentur iuſta ſupplicia. O durum ſupplicium, ſic hominem deſerere, vt libere viã percurrat iniquitatis, nullo detentus offendiculo, nullis coercitus frænis, nulla ei iniecta remora, quatenus grauior fiat peccator, iræ filius, crimini traditus & diabolo, cuius tantò ſit ſeruus

D. AVGVS. ſubiectior: *Cum ergo dicitur homo tradi deſideriis ſuis, inde fit reus, quia deſertus à Deo cedit eis, atq; conſentit, vincitur, capitur, traditur, poſſidetur: A quo enim quis deuictus eſt, ſeruus addictus eſt,*

2. Pet. 2. a

30 IX. Sic puniuit Chananæos. Hoc modo credit D. Aug. tempore Ioſue caſtigauiſ Deus barbaros illos populos terræ Promiſſionis incolas, permittens vt Dei populo bellum inferrent, iiſque armata vi reſiſterent, nec à malitia ſua ceſſarent: quia iam Deus illos delere decreuerat. *Domini enim ſententia fuit, vt indurarentur corda eorũ, & pugnarent contra Iſrael, & caderent, & non mererentur vllam clementiã, ac perirent.* Eadem pœna ſuperbum mulctauit Roboam, à quo manum ſuam ſubtraxit, conniuens vt ſtultam ſuam ſectaretur prætenſionem, nec eum manifeſtum ſeniorum, ſanumque detineret conſilium. *Quoniam auerſatus eum fuerat Dominus.* Non abſimiliter puniuit idololatrias Regis Amaſiæ (teſte D. Auguſti.) diuinam ſuam illi denegans lucem ac fauorem, ne ſuis in actionibus iiſque inſanis ex prudentiſſima Regis Ioas admonitione reſiliret. *Noluit audire Amaſias, eo quod Domini eſſet voluntas, vt traderetur in manus hoſtium propter Deos Edom. Multa alia commemorare poſſemus* (inquit S. ille) *in quibus liquido appareat, occulto Dei iudicio fieri peruerſitatem cordis, vt non audiatur quod verum dicitur, & inde peccetur, & ſit ipſum peccatum præcedentis etiam pœna peccati.*

Ioſ. 11. 10.

3. Reg. 12. 15.

X. Et Regẽ Amaſiã.

2. Par. 25. 20.

XI. Pariter & Iudæos. Propoſito noſtro conuenienter valde proferimus eiuſdem Apoſtoli verba: etenim de Iudæorum locutus reprobatione, aſſerit, quòd Deus liberas illis conceſſit peccandi habenas, & exequendi quæcumque in Chriſtum Saluatorem agenda conceperant, ſimiliter & contra Prophetas · euidens iræ cæleſtis contra eos indicium. *Dominum occiderunt Ieſum & Prophetas, & nos perſecuti ſunt, &c. vt impleant peccata ſua ſemper: peruenit enim ira Dei ſuper illos vſque in finem.* Hoc vno præ cæteris argumento ſuam Deus in populum dilectionem teſtabatur, quòd eos non cõcederet ſuis liberè vacare libidinibus & appetitibus, ea idololatriæ committendo peccata, ſicut Gentiles, vt ipſe Deus per Ezechielem declarat Prophetam, quod eorum hæc eſſent & propoſita, & deſideria, ſed quàm primùm in peccatum aliquod labebantur, vindex aderat Deus, eoſque camo refrænabat ſtrictiſſimo, durioris ſeruitutis, & aduerſitatum, quòd vel inuiti timore ſupplicij ſibi à ſceleribus temperabant: hoc etenim illis inſinuauit. *Neque cogitatio mentis veſtra fiet, dicentium: Erimus ſicut gentes.*

1. Theſſ. 2. 15.

Ezech. 20. 32.

Porro quando peccata eorum in tantum excreuerunt, vt diuinam prouocarint iram, quo ſupremo in illos animaduerteret ſupplicio, addidit illud, vt eos permitteret explere quælibet, fræna laxans quibus liberi nequitiæ ſuæ ſeruirent deſideriis: ſic vt perfectè ſuas explerent voluptates, deſideria perficerent, ſuaque peccata operibus exequerentur. *Vt impleant peccata ſua* ita vt ad ſupremum vſque peruenerint peccatum, Apoſtolos perſecuti ſint, Prophetas occiderint; imò & Dei filium crucis patibulo ſuſpenderint. Illos vt reprobos æſtima, & hoc tibi perſuade, quotieſcumque ſic illos videris effrænes, nec à Deo repreſſos, quod ira Dei ſuper illos pleno deciderit gurgite, quo ſupremum illis infligat ſupplicium, permittens vt ad vltimum aſcendant iniquitatis. Hoc eſt: *Peruenit ira Dei ſuper illos vſque in finem.*

Vt opinor alludit Apoſtolus in his verbis ad id, quod Deus ore Dauidico prædixerat, vt notat D. Gregor. vt quando ad vltimum perueniſſent, eos ſua omnia pateretur effrœnes ſectari deſideria, & viam percurrere nequitiarum, nullo illis oppoſito impedimento, nulla iniecta remora. *Dimiſit eos ſecundum deſideria cordis eorum, ibunt in adinuentionibus ſuis.* Legit D. Gregor. *Ibunt in voluntatibus ſuis.* Et ſic ſe res habet: quotieſcumque enim (noſtro loquendi modo) Deo deficit patientia, qua diutius illos ſuſtineat, vultque dimittere, vt in extremam deuoluantur animæ ſuæ perditionem: hoc agit: permittit, vt cuncta ſua perficiant deſideria, ſuiſque per omnia ſatisfaciant voluntatibus, eo vſque, vt illas exerceant contra duos, quibus terra non tulit ſanctiores Chriſtum ſcil. caput Sanctorum, & Ioannem Baptiſtam, quo maior non ſurrexit inter natos mulierum. Etenim ſi veritati credimus, ſicut D. Ioannes Baptiſta Chriſti præcurſor extitit in natiuitate, ita fuit & in vita & in morte, vnde & ipſum præceſſit: & quia Iudæos aſperiùs reprehendit, dixitque veritatem Regi eorum Herodi, perſecutionem illi mouerunt, ipſoſq; e Deus ſic in eo ſuæ reliquit voluntati, vt ipſis pro voto animique ſententia omnia ſucceſſerint, iuxta il-

Lib. 26. Mor. c. 15. & 16.

Pſ. 80. 13.

Hebr. 13.

Matt. 17. 12. Mat. 9. 12. Id Saluatoris pronuntiatum appellat illũ Eliã: *Elias iam venit, & fecerunt in eo quæcumque voluerunt.* Liberam illis Deus permiſit voluntatem, peruerſa in Baptiſtam ſua explendi deſideria; atque vt Phariſæis res non aliter quàm vellent, euenirent, & Herodi vulpinæ ſuæ aſtutiæ, molimina & fictiones, & cœnæ quam fecit, inſtructio, &c. Et Herodiadi proditiones & inſidiæ, atq; puellæ inuerecundæ tripudia: *Fecerunt in eo quæcumque voluerunt.* Quidquid animo conceperãt pepererunt: nec illos Dominus ab itinere retraxit, quinimo ſolutis ita frænis in tantam lapſi ſunt iniquitatem, vt Prophetarum primipilum, Angelum humanum, vel hominem Angelicum occidere nõ dubitarint. Suum Chriſtus ſecutus eſt præcurſorem: etenim eodem modo permiſit Deus Iudæis ea omnia in Chriſtum moliri, quæcumque liuida illis ſuggerebat voluntas, an muſque diabolicus: perſequuti ſunt illum captiuum duxerunt, flagellis ceciderunt, crucifixerunt, tantiſque cruciatibus interemerunt, quantis voluntas eorum optauit infernalis: *In omnibus voluntatibus ſuis.*

31 David præfatus declaraturus Dei in operibus ſuis libertatem ea ſic operantis, vt non ſit, qui vel aliquo modo impediat operantem (a) vt pro voluntate cuncta poſſit implere, nec vllum opponi illi queat obſtaculum, ait: *Magna opera Domini, exquiſita in omnes voluntates eius.* Opera ſua peragit tota libera ſua voluntate quomodolibet illi bene placuerit. Hac phraſi libertatem exponit, qua Iudæis permiſit agere, quidquid contra Chriſtum agere contendebant. *Ibi: in omnibus voluntatibus ſuis.* Vt autem hoc ita eſſet ipſe ſeipſum eorum manibus tradidit libertatem illis tribuens, vt cum illo facerent, quidquid facere geſtiebant. Hoc illis innuit ea hora qua ſeipſum illis tradidit capiendum: *Hæc eſt hora veſtra & poteſtas tenebrarum.* Deinde miniſterio Pilati traditus eſt eorum manibus quatenus abſque vlla reſiſtentia in eum pro libidine ſua debaccharentur. *Tradidit eum voluntati eorum.* Hoc ita cõtigit inquit Apoſtolus: quia *peruenit ſuper illos ira Dei vſque in finem.* Fuit autem hoc vltimum ac grauiſſimum ſupplicium, & perditorum illorum naufragium Hoc eſt (teſte D. Gregor.) illius ſignum euidentiſſimum, quòd Deus permittat, vt peccator ſuis ſeruiat paſſionibus, earumque ſequatur impulſum, quòd aſſequatur quidquid optauerit: vt eum nec cohibeat, nec perturbet, nec frænum injiciat, nec opponat difficultatem: dũ enim hanc Deus objicit, & vel parum coercet peccatorem, ſæpius in ſe reuertitur, & objecta difficultas eum à concepta mala reuocat intentione. Nefas eſt grauiſſima D. Gregorij verba præterire. *Manifeſtum ergo perditionis iudicium eſt, quando effectatis iniquitatibus ſubſequens fauet effectus, & nulla contrarietas impedit, quod mens peruerſa concepit. Nam ſæpe prauorum hominum dum tardantur vota, mutantur, & dum difficultatem perfectionis ſentiunt, reatum malæ actionis cognoſcunt: & quibus prius initiis contradicitur, volentes poſtmodum, hoc quod conceperant, auerſantur.*

(a) y r a la mano.

Pſ. 110. 2.

XII. Qua phraſi declareretur impunitas Iudæorũ.

Luc. 22. 53

XIII. Impunitas reprobationis indicium.

D. Greg. L. 26. Mor.

32 Appoſitè perpendit idem S. Doctor, quod Spiritus S. de Antichriſto loquitur Danieli Prophetæ per Archangelum Gabrielem. Manifeſtum eſt, & paſſim omnibus notum, hominem omnium perditiſſimum, & perditorum ac peccatorum caput, & in quem Deus excandeſcet, vt nulli ſic vmquam vel ſit vel erit indignatus, fore Antichriſtum, vt declarat Theologiæ fons D. Thom. Ea de cauſa ab Apoſtolo nominibus illis iniquitatem eius ſic exprimentibus appellatur: *Ille iniquus homo peccati, filius perditionis.* Ab eodem Apoſtolo Chriſtus dicitur, *filius dilectionis* ſignificans eum à Patre ſupra omnem modum dilectum & caput eorum omnium eſſe quos Pater diligit, nempe iuſtorum Sic ex oppoſito vocatur Antichriſtus *filius perditionis.* Scire igitur deſideras, quærit D. Grego. quid Dominus agat cum illo, quem odio perſequetur, quàm maxima & extrema volet de eo perditione ſuãque contra illum iræ plenitudinem effundere? Loquentem audi Danieli Gabrielem: poſtquam enim eum oſtendiſſet in figura cornu in fronte, ſeu inter oculos procaciſſimi hirci (ampliſſimum hoc eſt horrendi huius portenti ſymbolum) ait illi: vir erit impudens, aſtutia verſipellis, & inuerecundus: *Impudens facie, & intelligens propoſitiones.* Magna pollens poteſtate, cuncta illi permittente Deo, proſpera euenient fortuna, quæcumque conceperit, feceritque crimina. *Proſperabitur & faciet.* Et rem addit omnino ſingularem: *Secundum voluntatem ſuam dirigetur dolus in manu eius.* Quantas etenim proditiones, dolos & fraudes machinabitur quibus quod prætendit aſſequatur, ex animi ſuccedent cuncta ſententia. Quotquot euibrabit lanceas, votaque prætendet ſcopum attingent optatiſſimum. Hoc loquente D. Greg. de capitali dicitur inimico Dei, malorũ omnium anteſignano, in quem Deus perfectam iræ ſuæ deuoluet indignationem, quatenus intelligas? quòd tantò te Deus odio execretur, ſicut Antichriſtum, acriori, quantò tibi videris concepta ſcelera finem habere proſperiorem: & voluptate

XIV. Vt patet in Antichriſto.

D. 3. p. q. 8. 2. Theſſ. 2. 3. Coloſſ. 1. 13.

Dan. 8. 23

tate

tate frui te fræno laxiori, vt nec retardet obſtaculum, nec tuæ Deus impedimentum obiiciat, lapidemque voluntati.

L. 26. c. it. Pro. 1, 32. Ex prædictis declarat idem D. Gregor. illam Spiritus S. ſententiam. *Proſperitas ſtultorum perdet eos.* Videtur quid incompoſitum & repugnans proſperitatem maritare perditioni: nã dum proſpera gaudes fortuna, non ſubiaces perditioni: In ſtultis attamen, ait ſpiritus Dei, hæc duo coniungit: ſtulti ſunt & fatui peccatores, amentes, ſine iudicio, quo nomine frequentius à Spiritu S. compellantur, quod illi iudicant proſperitatem, ſcito, hoc totalem eis ruinam eſſe & perditionẽ. Vt magnã habent proſperitatẽ, ſi nemine eos perturbante, quod intendunt, aſſequantur, ſi voluptatum ſuarum viam percurrant, nulla intercidente (vt dicitur (a) canicula, vel contrarietate. Porro hoc eorum eſt infortunium.

XV. Proſperitas impiorum eorũ eſt ruina.

(a) ſin azar.

3. Reg 21. 25. Felicem cenſuit euentum improbus ille Achab (quem ſic nobis deſcribit Spiritus S.) *Non fuit alter talis, qui venumdatus eſt, vt faceret malum in conſpectu Domini*: venumdatus vt mancipium quod Domino ſuo ſeruiat; idemque pariter iudicauit vxor eius Iezabel mulier ad omne facinus compoſita, quo potiti ſunt quando Naboth oppreſſerunt innocentem: cum illis omnia ex animi ſententia votoque ſuccederent, ex eorum iudicio ſic vt Deus nec minimam illis remoram opponeret, quò minus ſuæ fierent compotes intentionis. Falſos produxerunt in Naboth innoxium teſtes, periurum quæſierunt teſtimonium, inuenerunt pro votis, illis virum innoxiũ in tribunal attraxerunt, populo perſuaſerunt virum eſſe Dei blaſphemum, morti addixerunt, & lapidibus obruerunt. His ſibi applauſit Achab cũ vinea, quam optauerat. Accedit illum Elias, atque: Multum tibi ipſi arrides ô Rex, quia nemine tibi obſtante, quòd tantopere deſiderabas, obtinuiſti. *Occidiſti, inſuper & poſſediſti.* Notum igitur tibi ſit, hic tuam comprehendi ruinam tuamque perditionem, atque in eodem loco, in quo tuam expleſti cupiditatem ſanguinem profundẽdo Naboth innoxium, tuum ligurient canes noxium.

XVI. Confirmatur in Achab.

XVII. Quam proſperum ſibi cenſuit exitum Herodes Rex inceſtuoſus, & periura Herodias, nec non viliſſima ſaltratrix, quòd ſuam expleſſent libidinẽ in eo quod Baptiſtam gladio truncaſſent, ſic vt illis nec minima occurreret difficultas. Verumtamen hoc illis malefauſtã intulit mortẽ, & æternam reprobis illis damnationem ſi hiſtoriis illa narrantibus fidem adhibeamus. *Proſperitas ſtultorum perdet eos. Hac ſi Deus pollere permittat* (ait D. Aug.) *tunc indignatur grauius: hæc ſi impunita permittat, tunc punit infeſtius, quoniam nihil eſt infelicius, felicitate peccantium.*

Similiter in Herode.

Aug. Ep. 5. ad Marcelli. To. 2.

An tibi felicem gratularis ſucceſſum, quòd mulieris obtinueris gratiam, & ſalua omni remora, tuam cum ea expleueris voluptatem ſic vt nec vllum tibi Dominus obiecerit, quo te turbaret, impedimentum? An tibi perplacet, quòd vſura, qua luctum prætendiſti iniuſtum, vt animo conceperas, voto reſponderit? An grata tibi fuit intentio, qua in tui fauorem per iniuſta media impetraſti ſententiam? An quod alterius mille proditionibus mortem es machinatus, & optatis hæc omnia annuerunt. Ne diem hunc albo lætus conſcribas calculo: ſi namque vt animus ferebat tua compleſti deſideria: ſignum eſt diuinæ in te indignationis, quodque te tuorum criminum tradat ipſe voluntati. *Vt impleant peccata ſua ſemper: peruenit enim ira Dei ſuper eos vſque in finem.* Magna Dei ira tuus te committi deſideriis.

Exod. 15. 7. & 8. In hiſtoria Pharaonis notanda veniunt in Cantico Moyſi hæc verba: *Miſiſti iram tuam &c. & in ſpiritu furoris tui congregatæ ſunt aquæ: ſtetit vnda fluens, congregatæ ſunt abyſſi in medio mari.* O quàm ſtupendum hoc opus: *ſtetit vnda fluens.* *Miraculum* (inquit Caiet.) *explanat quod aquæ quæ natura ſua ſunt fluentes fuerunt ſolidæ, ſicut ſtat aceruus rerum non fluidarum.* Hoc Dauid indicat: *ſtatuit aquas ſicut in vtre.* Primo per diuiſionem: *Congregatæ ſunt aquæ in medio mari*: nõ in ipſo littore: nec enim hoc tãti eſſet. Chaldæus legit: *ſteterunt fluentes ſicut murus*: quaſi ex illis murus cõflaretur. Septuaginta vero: *Conglutinatæ ſunt quaſi murus aquæ.* Hæc igitur omnia fecerũt ira Dei, an nõ fuit Dei populo miſericordia? Vtique. Sed hæc cauſa nõ fuit principalis, verũ his perfidiã puniuit Pharaonis: & per hoc tranſmiſit populũ per mediũ ſicci maris, in illo tam mirabilia efficiens prodigia, vt in aquarũ medio peruicacẽ Pharaonis reprimeret puniretq; ſuperbiã. Vnde ira fuit Dei, qua Pharaoni fræna laxauit, vt ſua compleret deſideria, populum Dei perſequens ad quòd eius ſententia pelagus illi tranſitum denegabat, & vbi certò ſibi perſuadebat eũ in manus ſuas incidendum. Quocirca dicere potuit, loquens de populo Dei: *Coarctati ſunt à terra*: videbatur enim terra eis deficere, & manibus eos tradere Pharaonis. Hic igitur, vbi compleri videbantur Pharaonis deſideria, prodit Deus ſuæ poteſtatis gloriam manifeſtans ad Pharaonis interitum. *Glorificabor in Pharaone.* Prodit in arenam Pharao ſuperbia tumidus populum Dei cernens proficiſcentem & fugientem,

XVIII. Miraculum de mari rubro ponderatur.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

aitque: *Perſequar & comprehendam, diuidam ſpolia, implebitur anima mea, q. d. ſatiabitur deſideriū meum* Perſequitur & citius inſequitur, ſternit illi viam Deus, & ibi Regem in ira furoris ſui comprehendit, quam ille miſit: *In ſpiritu furoris tui miſiſti iram tuam.* Iram tuam præmiſiſti, quæ viam hanc applanauit: & vbi minax dicebat, deſiderium ſuum eſſe ſatiandum, ibi rigoroſam Dei reperit vindictam vt maris fluctibus præfocaretur, Deique populus liber, victorque tranſiret.

### §. 12 *Grande malum, dum peccatori Deus permittit ire quodlibet; magna miſericordia dum eum refrænat, vt ipſe per Ezechielem populo ſuo declarauit.*

☞ 43
*Hie.* 51. 37.

TErribile fuit illud Dei terriculamentum, quo populum quondam ore Hieremiæ percelluit: *In calore eorum ponam potus eorum, & inebriabo eos, vt ſopiantur & dormiant ſomnum ſempiternum, & non conſurgant, dicit Dominus.* Hoc ego illos ſupplicio in integram eorum perditionem caſtigabo, vt quando ſiti exareſcent potum inueniant palato ſuo ſapientē, quo hauſto in ſumnum corruant inferni ſempiternum: quale quæſo, eſt hoc ſupplicium vt anhelus quis ſitique aridus aquam inueniat ſaluæ ſuæ iucundam? Imo grande videtur beneficium & optata fortuna. Siſaram docem ſpectat, qui ſiti nimia exæſtuans potum ſibi porrigi à Iahel poſtulat mulier formoſiſſima, quem illa propoſuit lac ori ſuauiſſimum toto bibit deſiderio & ſuis iam credit votis eſſe ſatisfactum. Porro infauſto bibit omine: ſiquidem in eo mortem inuenit: in quo guſtu recreatus lactis, obdormiuit: & ibi Iahel illi clauo tempora tranſfixit quo infauſto nimis leto occubuit. Quanta feruet homo ſiti, intus igne exeſtuat concupiſcentiæ, delicias ambit, honores quærit, ſectatur opes, & inhiat voluptatibus quam anhelus adſpirat ad diuitias opum cupidiſſimus? Senſualis adſpirat ad delicias: honorum ardelio ad dignitates? quomodo ſe res habent? An tuo iudicio, quod quærebas inueniſti? & aquas ſiti tuæ comparaſti, nullo repulſus obſtaculo? An muliere potiri licuit? An optatum contentio ſortita eſt exitum? An ex animi ſententia tibi fraus, doluſque excidit? An finis reſpondit intentioni? Machinas erexiſti, ſequeſtras adhibuiſti, & illam obtinuiſti? An tibi pauperis manſit tegumentum? An pacificè contractum compoſuiſti iniuſtum? quando hæc tibi cuncta pro voto reſponderint, time, inquit Diuus Gregorius *Nimis timendum eſt, ne ſequantur proſpera, cum deſiderantur iniuſta.* Penſandum eſt illud *nimis*: omnimodo proſperos quos dicit timere debes euentus, quando quid mali deſideraſti, & illud procurans nullum paſſus es impedimentum.

I. Siſara quomodo à Iahele interficiatur.
*Iudi.* 4.

D. Greg. *l.* 34. *Mor. ca.* 2.

Hoc optimè quadrat doctrinæ ſpiritus S. qui propoſitiones quaſdam obiicit, quæ prima facie videntur paradoxa, diuinam tamē redolent veritatem. *Eſt proceſſio in malis viro indiſciplinato, & eſt inuentio in detrimentum.* Vulgari diceret idiomate, ſæpe cum quis ſibi de felici gratulatur ſucceſſu, hic illi eſt infelix, & ratio perditionis. *Proceſſio* idem eſt ac *proſper ſucceſſus*, & ſic ſcribit Græcus textus, proſper ſucceſſus eſt illi infortunium: *Inuentio* ſignificat, quod aliquis deſiderij ſui compos fiat, & optata perficiat: ſi quis igitur, quod optauit, & ſolicitè quæſiuit, inuenerit, hoc illi verget in detrimentum & animæ damnationem: nec aliter ſe res habet tuo namque iudicio te felicem arbitraris quòd feminam inueneris, vel illi occurreris qui te traxit ad voluptatem, & optimam fuiſſe ſortem, qui tibi cōtradiceret, offendiſſe neminem. Hæc tua eſt perditio, hæc mors, hæc ira Dei, qui tuis te patitur ſeruire cupiditatibus: eius autem magna eſt miſericordia, dum alius ad auſus feſtinat perditionis, ſi detineat illum, impediat, remoretur, tollatque occaſionem.

II. Timendi ſunt in malis euentus proſperi.
*Ecc.* 20. 9.

Hæc enim eſt illa miſericordia, quam cui propitius eſt vito promittit: *Laude mea infrænabo te, ne intereas.* Ad maiorem nominis mei gloriam, ac miſericordiæ ſignum tibi frænum iniiciam, & maxillas conſtringam, quo velis nolis, te detineas, ne corruas in perditionem. Metaphora ab equo ſumitur effræni, calcari prouocato mordaciori, vel à tauro furioſo, quem crabrones acrius pungunt, quo tanto procurrit impetu, vt nulla queat manu cohiberi. O miſerum te! in præceps corrues, & peribis, quantum hoc foret illi beneficium, ſi quis fortius iniiceret frænum, pedes duriori ſtringeret compede, quo ſiſteret immobilis. Hoc illi agit Deus, cui miſericors eſt: dum enim furioſo cernit illum ferri impetu, ſtimulo agitatum ardentiſſimi deſiderij vel crabrono libidinis ſuæ violento prouocatum, vt nihil ſit quod currentem remoretur, illi lorum iniicit adeo durum, camo ſtringit ſic arctò, vel funibus ligat ſic irretitis, vt vel nolentem coerceat: clare loquor: febrim immittit exæſtuantem, dolorem lateris extremum, podagram moleſtam,

*Iſa.* 48. 9.
III. Ex miſericordia Deus cohibet peccatum.
IV. Similitudo.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſtam, bonorum naufragium vnum ex his quæ dicis infortunia, adeò graue, vt illum ita detineat vt quis rectè dixerit, quòd illos Deus trahat, & legis ſuæ ſubiciat obſeruantiæ, per hoc, quod ipſi refugiunt.

*In Pſ. 1. 8.* *Pſ. 55. 6.* His conſequenter extendit D. Augu. illa pſalterij verba: *Omnes cogitationes eorum in malum:* etenim de reprobis Dauid loquitur ſuis perſecutoribus; & diuini teſtamenti præuaricatoribus. » *Aduerſum me omnes cogitationes eorum in malum.* » His non obſtantibus: Dei ſtatuit miſericordia, » nullis eorum meritis, eos ſeruare. *Pro nihilo ſaluos facies eos.* Et quomodo? *In ira populos deduces.* » ſic legit D. Auguſtin. ſciendum eſt. *Iraſceris, & deducis: ſanas & ſaluas: terres, & vocas. Quid eſt, in ira populos deduces? Imples in tribulationibus omnia, vt in tribulationibus poſiti omnes recurrant ad te. Ira videtur, ſed paterna. Iraſcitur pater filio contemptori ſuorum præceptorum. iratus eſt cum colaphizat, cædit, aurem vellit, manu trahit, ad ſcholam deducit. In ira populos deduces, quam multi ingreſſi ſunt, quam multi impleuerunt domum Domini, in ira eius deducti, id eſt, in tribulationibus territi, & fide impleti. Ad hoc exagitat tribulatio, vt exhauriat vas, quod plenum eſt nequitia, & impleatur.*

V. In ira Deus peccatorem deducit ad cœlũ.

☞ 34 Huius expoſitioni maximè ſeruiunt fuſiores diſcurſus Domini Dei ad populum ſuum interprete vate Ezechiele, verbis non paruæ obſcuritatis quæ ante prælibauimus. Detinebantur Iudæi in Babylonia captiui, in grauiſſimorum ſuorum pœnam peccatorũ, nominatim idololatriæ, ad quam ita procliues erant, vt oculis ſuis gentiũ idola ſectarentur: qua de cauſa prius per eundẽ Prophetam ſynagogam deſcripſerat ſymbolo mulieris ad omnem libidinem proſtitutæ, quæ repudium viro ſuo mittens legitimo, pellex quoſlibet poterat procos ambiebat, vt ſuis vacaret impura voluptatibus: ſimiliter eandem ob culpã alius Propheta eam in figura deſcribit vaccæ laſciuientis, ardore tauri feruentis, quos ipſa inſequebatur *vacca laſciuiens Iſrael:* Vt autem populum illum à tam ſacrilegis abſtraheret ſceleribus, ſuppliciis illum Deus exagitat acerbioribus, & flagris ſelectioribus, peſte, fame, hoſtibus, captiuitate, ſeruitute, quàm ipſo tempore patiebatur. Hoc porro populi huius fuit infortunium, vt quanto flagella patiebatur duriora; tanto dabat ſigna correctionis pauciora: & hoc verum eſt; nam preſſus captiuitate deſideriis ardebat quibus ſuas expleret iniquitates, & omnimodas idololatrias, dicebantque: durum eſt, quòd Deus nobis deneget noſtris ſeruire deſideriis; ſicut & aliis permittit terræ populis, qui pro libitu ſuo quotquot exoptant, erigunt ſimulacra, ea venerantur, & quæ voluerint illis Feſta conſecrant: ſuis vacant ex animi ſententia cupiditatibus: quibus nec verbo contradicit: nec repugnat, nec ea de cauſa caſtigat; nos autem aduerſa ſic ſumus fortuna nati, vt iſtanos calce premat, vt quàm primum in horum aliquod labimur, continuò nos flagris excipiat, mulctetque ſuppliciis: nobis igitur ſoluat libertatis habenas in populo hoc; cùm nos liberos conſtituerit O bone Deus! heu! quot tales in mundo reperimus, qui felices cenſent illos; qui in eo faciunt: quidquid voluntati & voluptati ſederit, illius fruuntur venuſtate, & illius poſſident facultates, & infelices iudicant ſe, quia tanta nequaquam poſſunt libertate gaudere, delicijs, & voluptatibus ad quas anhelant, vellentque vt perfectam illis ad hæc tribueret agendi poteſtatem.

VI. Hoc Deus populo ſuo ſatis aperte declarat.

*Oſe. 4. 16.*

Vocat Dominus Prophetam atque illi: Propheta mi: An non audis inſulſas adeò rationes, quas populus ille proponit, quidque intendat: nimirum, vt illis ſoluas pariter habenas, vt aliis nationibus? Vnde & dic illis, impudentes adeò petitiones nullum mereri reſponſum: & viuo ego, poſtulatis eorum non annuam: *Viuo ego, dicit Dominus: quia non reſpondebo eis, neque cogitatio mentis veſtræ fiet, dicentium. Erimus ſicut gentes, & ſicut cognationes terræ, vt colamus ligna & lapides.* Inſtrue illos ô Propheta de melioribus, certoque ſibi perſuadeant, quòd nõ permittam, vt libere ſuis ſeruiant voluptatibus, faciantque voluntatem: ſed ipſos etiam inuitos ſim coerciturus, frænis coacturus; & ſi quando viam ingreſſi fuerint perditionis, manum illis meam iniiciam, quæ detineam eos, duram nimis & moleſtã. *Viuo ego, dicit Dominus Deus, quoniam in manu forti & in brachio extento, & in furore effuſo regnabo ſuper vos. Et educam vos de populis: & congregabo vos de terris, in quibus diſperſi eſtis, in manu valida, & in brachio extento, & in furore effuſo regnabo ſuper vos. Et adducam vos in deſertum populorum; & iudicabor vobiſcum ibi faciem ad faciem, &c. Et ſubiciam vos ſceptro meo, & deducam vos in vinculis fœderis.* Verba ſunt hæc vt myſtica, ita difficilia; verùm illa ſubtiliter enucleat Diuus Hieronymus. Hoc diſcrimen, vt patet, ſtatuit Dominus inter filium ſuum; & ſeruum: quòd ſi ſeruus abire voluerit dominumque deſerere liberum illi concedit exceſſum, adeat quocumque voluerit, vt eius amplius curam non ſuſcipiat: non enim is eſt, qui bonorum il-

*Ezec. 20. 37.*

VII. Diſcrimẽ inter ſeruum & filium.

lius heres eſt inſtitutus, aut gerere nomen eius debeat familiæ: verùm ſi filius, quem facultatum ſuarum genuit heredem; abire velit per mundum; ad ſuiipſius ruinam, non hoc illi permittit, eum cohibet, quod ſi filius ſedulò fugam meditetur maiori adhuc cura pater innititur, quà filium retineat, vt etiam illum colati comprehenſum cubiculo concludat, dicens: Velis, nolis, ſcurra viliſſime, hic in ædibus meis manebis non egreſſurus: & hoc quis eſſe dixerit ſignum odij: imò amoris eſt: hoc enim eſt amare filium, non illi permittere, vt ſe in ruinam præcipitet, ſicut ſignum eſt, quòd non afficitur ſeruo ſi liberè illum abire patiatur, quocumque eum fert appetitus, vt illius nulam habeat ſolicitudinem.

D.Hier. Lib.6. in Ezec. T.4.

Audiamus D.Hieron. *Non vos relinquam, neque contemnam, vt fugaces ſeruos Domini negligentes ſolent contemnere, ſed ad meum retraham imperium & brachio extento ac percutiente, ac furore effuſo, in priſtinam vos redigam ſeruitutem, & regnabo ſuper vos, vt velitis, nolitis, me habeatis Regem, & ſentiatis Regem iratum, cuius clementiam neglexiſtis.* Reuoca Propheta populo in memoriam, quâ ratione illum mihi elegerim, & cùm eſſet in Ægypto, illum mihi in filium adoptauerim chariſſimum, atque vt talem de Pharaonis eduxerim ſeruitute: *Hæc dicet ad eos: hæc dicit Dominus Deus: in die qua elegi Iſrael, & leuaui manum meam pro ſtirpe domus Iacob, & apparui eis in terra Ægypti, & leuaui, manum meam pro eis dicens: Ego Dominus Deus veſter, &c.*

Ezec. 20, 5

Illud videtur ſpectare, quod de populo legimus Dei captiuo in Ægypto: Deus etenim Moyſen miſit, populum educturum de eo ſic dicens: *Primogenitus meus Iſrael.* Gentiles habui vt ſeruos, quibus non afficior, idcircò licet ſuis ſtudeant voluptatibus, quomodo, & vbicumque voluerint, illos abire patior, non detineo; cæterùm illos, quos vt filios diligo, & velut populum, in quo regnum meum in terra conſtituo: dicito illi, quia viuo ego, eum in domo mea continebo; velit, nolit huic vires meas impendam, brachium meum extendam, meamque declarabo magnanimitatem. Perpende, quàm ſeriò verbis iſtis loquatur: *In manu forti, in brachio extento, in furore effuſo.* Quod ſi ad retinendum eos his vſus ſim funibus loriſque ſeruitutis, quibus in Babylonia conſtringuntur; ipſi verò in tantam degenerarint peruerſitatem, vt ex illa grauiùs ſibi damnum intulerint, dicendo, ſibi complacere quod Gentilibus cohabitent, & eorum colant idola: dic illis, quantumuis nolint, eos illinc ſum educturus vt in terram reuertantur natiuitatis, vbi mihi quondam ſeruiebant (hoc eſt: *Educam vos de populis, &c.*) ipſoſque procul adeò à gentibus collocabo: vt ſoli futuri ſimus, ipſi & ego, & ibidem eos infrænabo (hoc eſt: *Abducam vos in deſertum populorum*, in terram, vbi nulli ſunt Gentiles: *Et iudicabor vobiſcum ibi facie ad faciem.*) Et vos, quaſi compedibus, & neruis in domo mea continebo, meo ſubiectos imperio (*Subijciam vos ſceptro meo,*) *& inducabo vos in vinculis.* Ecce qualiter eos deducat.

Exo. 4. 22
VIII.
Iudæi erant Dei filij.

Quando in terra degunt natiuitatis, in qua ſacrificant idolis, eos educit, & quo ſacrilegos reprimat, in exilium deportans captiuos eijcit in Babyloniam: Hic autem commorantes: quia Gentiles in adorandis idolis imitàtur, iterum inde huc reducit, vnde priùs eos expulerat; deducit transfertque illos velut malaciam paſſos nullatenus permittens, vt ſuas in idola venerando ſectentur voluntates. Hæc eſt illa magna miſericordia, inquit Deus, quam illis præſtabo, in amoris mei teſſeram, quo ſalutem eorum expoto: ſi chamum illis inijciam, & habenas quibus detineantur, ne ſectentur, & liberè vageque vias percurrant impietatum. Non intendit dicere, quod liberum illis auferet arbitrium: hoc etenim ſemper integrum conſeruat in homine, ſed noſtrâ loquitur phraſi, & eo modò, quo pater filio ſuo diſcolo, qui in ſuam feſtinat ruinam; apprehenſo, pedes ſtringit, cubiculo concludit, coërcet, atque velis, nolis, flagrio, & vel inuitus in ædibus meis remanebis: hæc eſt, ita hæc eſt Dei erga peccatorem miſericordia, cuius miſeretur: dum enim ſuas contendit ſectari voluptates, & vitâ viuere gentilium, illum apprehendit, vinculis annectit, coërcet, & compedes inijcit grauioris infirmitatis, opes adimit: his namque confiſus in ſuperbiam erigebatur, aduerſitatem illi immittit, quæ fortiùs illum premat, quàm vel dura poſſet multiplexque catena coarctare: quàm velox in tuam feſtinas perditionem, dum alteriùs frequentas ædes, tabernis inſides luſorijs, vindictâ flagras, doloſque proximum circumuenis?

25

IX. Similitudo.

Te conſpicit Propheta currentem, & ait: *Curſus eorum malus.* Heu quis ille curſus in animæ tuæ detrimentum, quo curris! an in tui ruinam? quanta miſericordia, ſi frænum tibi Deus inijciat quo te retineat, ne corruas in præcipitium? Properabas in talis feminæ domicilium: irruit in te calamitas, qua retineris: feſtinabas ad concubinatum: te febris apprehendit ardentiſſima, doloris te Deus fræno lateris compellit, cet.

Hiere. 23. 10.
X.
Magna Dei miſericordia ſi peccatorem cohibeat ne peccet.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

pellit, vel podagrâ ſiſtit immotum: hanc tu laudaueris Dei miſericordiam. Iam cùm al era conueneras, contingit, vt maritus, quem credebas abſentem, ſit domi præſens: miſericordia

Gen. 20.

Dei. Quanta fuit illa Dei benignitas Regi conceſſa Abimelech, qui iam; quantum erat ex ſe, adulterium cum Sara vxore Abraham decreuerat: etenim dum huic ardentiùs fauet

XI. Probatur in Abimelech.

paſſioni apparet illi Deus, eum reprehendit, arguit, perterret, quo à concepto reſilit peccato: ſi namque hoc opere patraſſet, vt illi Deus affirmabat, in maximam ipſius familiæ, imò totius ceſſit regni perditionem. Quàm ſingulare hoc beneficium, quo Deus impium præuenit Balaam iam toto currentem impetu, vt Dei populo malediceret incantator. Quis explicet quàm feſtinè, quàm ſedulò hoc iter aggrederetur. Totâ velox pergebat diligentiâ, propriâ agitatus cupiditate, iumentum quo vehebatur vigens calcaribus, & omnem moram credebat ſibi contrariam. Mittit Deus Angelum qui ſe mediâ ſiſtat viâ ſtricto gladio eius pectori minitando. Non cum illo cernit illum iumentum, & perterritum à via in agrum declinauit:

Num. 22. 23.

*Cernens aſina Angelum ſtantem in via, euaginato gladio, auertit ſe de itinere, & ibat per agrum.*

XII. Similiter & in Balaã.

Opinatur Balaam hoc ſibi perniciolum, vnde iumentum irritatus fuſte tundebat atrociùs. Aſina confuſa in anguſtum ſe retraxit duarum vinearum. Illic accurrit Angelus, eodem ſe modo opponens nudo minax gladio, eumque in ventrem Prophetæ dirigens impiſſimi: quod ſi paſſum aſina progrediatur, illum transfoſſurus. His amplius aſina commota parieti ſe inclinat, & inſedentis pedem conterit, ita vt illum offenderet, ipſe verò acrius irritatus, omnibus illam viribus contundebat iter ſuum conatus promouere, graue ſibi detrimentum opinatus, ſi vel puncto in via ſiſtens moraretur. Aſina viam ingreditur inter duos parietes anguſtiorem vbi locus non dabatur retrocedendi: & hic quoque comparet Angelus minitans Prophetam ſi vltrò progrediatur. Aſinæ deficit animus vltrò progrediendi, corruit in terram: vnde in tantam Balaam excandeſcit iram: vt toto furore eam fuſtibus mactaret: *Vehementiùs cædebat fuſte latera eius.* Aperit os Deus aſinæ, aitque illa: Quid igitur deliqui, quòd me ſic acriter excipias? Cur flagella multiplicas? O te maledicta! exclamat ille: & adhuc obgannis! vtinam mihi gladius eſſet, quo tibi transfodiam inteſtina. Cōtinuò Deus illi oculos aperit, vt Angelum videat, ſtricto ſibi gladio mortem minitantem. O te mortalium infeliciſſime quid iumentum impellis, & iam tertiò fuſte latera cædis innoxij: tibi damnum arbitratus vel tantiſper morari, quodque tibi differetur & impediretur illud diuitiarum lucrum, quo te Rex Balac exſpectat aduenientem? Væ tibi, an ignoras in tuam te properare perniciem, quodque Deus ſuâ motus clementiâ me miſerit te cohibiturum, ne in totalem corruas perditionem? *Ego veni, vt aduerſarer tibi: quia peruerſa eſt via tua.* Tuo quidem iudicio te iumentum perdebat, dum te detinet, & eius grauiter exulcerat. An non vides, quòd ipſa tibi aſina vitam ſeruauerit, te cohibens: ſi namque vel vnico paſſu progreſſus fuiſſes, ſtricto hoc gladio tibi pectus transuerberaſſem, quem in te direxeram: quocirca quòd aſina te in via hac mala ſiſtere gradum coëgerit, diuinæ adſcribas miſericordiæ, illique vitæ tuæ debes incolumitatem.

Bone Deus, quoties ad tuas feſtinas voluptates, vel lucra, quodcumque obſtaculum reputans magnum tibi incommodum? quàm properè nunc huc diſcurris, nunc illuc, & infortunium credis, ſi carnis tuæ corruat aſina, preſſa infirmitate, nec tuas poſſis obtinere prætenſiones, nec in via progredi tuæ perditionis vlterius? ô miſerum te! an non vides: *Quod peruerſa ſit via tua:* Quod hæc tuæ ſit via damnationis? Diuina laudetur miſericordia, quæ te morbo affligit, febri proſternit, aduerſitate cohibet, ignominiâ coërcet, paupertate remoratur, ne eò venias, quo ſic præceps in tui properes incommodum. Quantum hoc æſtimo donum, quod animæ promiſit illi miſerrimæ, quæ ſuas effrœnis ſectabatur voluptates? Tace, ait Deus: *Sepiam vias tuas ſpinis.* Quibus te ad regreſſum compellam: nunc autem dices; ignoſcat mihi Deus: ad quantam properabam perniciem, & quàm longè ab eo, quod mihi conducebat, aberrabam. Quando iam negotium tuum compoſueras, & infortunium te ſubitò comprehendit ad tuas properantem voluptates, & pecunia tibi deficit, vel alter cui confideras, non ſuccurrit: Deo ſolue gratias, illique dic, quod Dauid Abigail, quando ſpirans minarum & cædis feſtinabat domum illius funditus euerſurus: etenim mulier prudentiſſima feſtina cucurrit illi obuia, & varijs, iiſque ſapientiſſimis furentem mitigat, cohibetque rationibus. Gradum ſiſtit Dauid, aitque illi: *Benedicta tu, quæ prohibuiſti me &c.* Idem & ego confirmo: Benedicta ſit febris, quæ te in tuo cohibuit concubinatu: benedictus ſit ſerui defectus, qui te coërcuit, ne ad ſtatutum propera-

Oſe. 2. 6.

1. Reg. 25. 33.

res contractum: benedictus ſit pecun[illegible], qui tibi vires abſtulit, & potentiam, ne [illegible]m pelliceres in animæ perniciem. Hoc v[illegible] à te diſcere, quando præclarius Deus beneficium talibus præſtitit; an nunc dum eos coërceret, ne illum apprehendant, & ſuis conuertit ſermonibus, vel quando locum illis, tempuſque con-
*Luc.22.23* ceſſit, & dixit: *Hæc eſt hora veſtra*? Conclamant omnes, quòd nunc: quia tunc permiſit eis execrandam illam patrare nequitiam, ad totalem eorum ruinam, æternamque damnationem, vt D. Paulus: Quia *Peruenit ira Dei ſuper eos vſque in finem*.

## §.13. Adhuc modicum tempus vobiſcum ſum. *Dei tribuitur miſericordia, quod modicum illis tempus permiſerit, & multum eſt illud dare peccatori.*

☞ 36 *Hom.49. in Ioan. Tom. 3.*

DIuus Chryſoſtom. aliam expendit miſericordiam illis à Domino conceſſam, his verbis expoſitam: *Adhuc modicum tempus tempus vobiſcum ſum.* q. d. Licet me capturi veniatis, vt crudeli me, & ignominioſa morte afficiatis: non modò vobis locum tempuſque concedam: quia adhuc modicum vobiſcum eſſe me oportet vt ampliori vos ſermone commoueam, clariori vos luce perfundam, & veſtrum meâ præſentiâ procurem agamque remedium. Hoc modicum in veſtram capite ſalutem. Modicum appellat: quia hæc contingebant in Septembri in feſto Tabernaculorum, & Chriſtus mortuus eſt in Martio ſequenti: quocirca ſex aut ſeptem ſolummodo menſes ſupererant.

Et verè ſecundum hunc ſenſum alluſit ad
*Tract. de Paſſ. & Cruce D. circa prin.* verba, quæ Deus Ionæ præcepit vt Niniuitis intimaret vt illa perpendit D. Athanaſ. Mandat prophetæ Deus, vt pergat, & prædicet. Et quid dicet? *Adhuc quadraginta dies & Niniue ſubuertetur.*
*Ione 3.4.* Quærit D. Athanaſ. Domine quis hic modus loquendi? Vt quid addis aduerbium: *Adhuc*? An non dicere potuiſſes: *Poſt quadraginta dies &c.* Vt quid dicis: *Adhuc*? q. d. interprete D. Athanaſio: Adhuc quadraginta dies temporis, & hoc vobis aſſigno, vt vitam veſtram in meliorem emendetis; ita vt in iiſdem verbis, quibus ira proponitur, primò clementia miſceatur, illo præmiſſo Aduerbio: *Adhuc.* q. d. Adhuc modicum tempus habebitis quadraginta dierum: *Non dixit poſt triduum ſubuertetur.* (SS. Græci PP. id quod noſtra vulgata legit: *Adhuc quadraginta dies &c.* legunt: *Adhuc poſt triduum*) *Nam omnino ita factum fuiſſet; ſed adhuc & tres dies &c. vt in eo verbo, adhuc, tolerantiam Dei intelligeremus, & in ſubuerſione, iram poſt tolerantiam, futuram niſi reſipiſcerent.*

*I. Expenditur aduerbium hoc, Adhuc.*

Hoc idem nunc agit Dominus minatur ſe diſceſſurum paucos poſt dies: ſed apponit: *Adhuc modicum tempus vobiſcum ſum, & vado, &c.* q. d. Adhuc paruo tempore vos ob peccata veſtra deſeram, & abibo, eritque certiſſima veſtra perditio: ſed notandum, quòd *Adhuc* veſtrum erit hoc modicum tempus, eritque ſufficiens quo vos ad meliora conuertatis, veſtrumque damnum repararetur. O quanta hæc miſericordia, quòd modicum adhuc tempus concedat Deus peccatori ad peccata feſtinanti, ſicut illi. Quod ſi illo momento, quo propoſitum hoc maledictum ſunt aggreſſi, Deus illos deleuiſſet: actum erat de illis.
Inde tota Sanctorum maximè illuſtrium pro- II.
uenit æterna ſalus, quòd Deus modicum illis Salus inſtorum
tempus benignè tribuerit. Si eo momento, quo perpendit
Petrus Chriſtum abiurauit, & anathemazauit, ab illo
Deus illum perdidiſſet? ſi quando Paulus ſerpen- modico.
tinâ furebat nequitiâ in Chriſtum eiuſque diſcipulos illi vitam ademiſſet? ſi dum Magdalena ſolutis habenis liberaque conſcientiâ ſuas ſectatur lubrica voluptates, vitæ filum Deus illi reſcidiſſet? ſi quando Dauid adulterio pollutus & homicidij reus, cui tanto tempore iacuit immerſus, vitam perdidiſſet quis, obſecro, ſalutaretur? Magna laudetur Dei benignitas, qua modicum largitus eſt tempus: ea namque hoc tribuit intentione, vt ſeipſos agnoſcant, pœniteant, ad lamenta planctuſque confugiant & à Deo ſcelerum petant indulgentiam: *Patienter agit propter* *2. Pet. 3.9.*
*vos, nolens aliquos perire, ſed omnes ad pœnitentiam reuerti.*

Luculenter valdè perpendit D. Chryſoſtom. *In pſ. 7.*
titulum Pſalmi ſeptimi: quem aliqui ſic legunt: *Pſalmus Dauid, quem cantauit Domino pro verbis Chuſai filij Iemini*: Nam opinatur quod illum compoſuerit, vt Deo ſolueret gratias ob receptū ab eo beneficium: quod ſic modicum illi tempus conceſſiſſet, quo ſe potuit ſubducere, hoſtibuſque ſuffurari. Profero vobis hiſtoriam, quam
narrat Spiritus S. contigiſſe, dum Dauid à facie *2. Reg. 17.*
filij ſui rebellis fugeret Abſalonis. Laſſus erat III.
ad extremum; populus autem eius ex itineris Modica
labore fatigatus, omnibus neceſſarijs deſtitutus mora
languebat prope exanimis. Conuocat Abſalon profuit
ad conſilium virum ſapientiâ inſignem, quem Dauid.
omnes vt primum habebant conſiliarium vocabulo Achitophel, vt quid agendum eſſet, concluderet: an nimirum conceptam & iam inchoatam

tam proſequeretur in patrem ſuum perſecutionem, vt illi nullum tribueret locum quieſcendi: an vero modicum ſubſiſteret. Reſpondet illi Achitophel. Hoc expedire iudico, & quidem conuenienter, vt nullâ interpoſitâ morâ ſubitò irruas toto impetu in patrem, nec tempus illi tribuas quieſcẽdi: hæc etenim hora eſt qua viribus exhauſtis laſſus progreditur, illiq́ue deſunt alimenta, proinde nullam poterit tibi objicere reſiſtentiam, ſi continuò prælium committas, ſi gnaq́ue conferas, non habet, quibus reſiſtat, elumbus, eſt ad hoc, & integra corruet clade ſuperatus. Adeſt & prodit in medium Chuſai Dauidi fideliſſimus amicus: & rem ſic ſe habere conſiderans, vt aiebat Achitophel, Dauidis conſulens incolumitati, ſic ait: Domine ſanum non eſt illud Achitophel conſilium: licet etenim verum concedamus patrem tuum labore & itinere fractum: noſti cor illi eſſe leoninum, quem ſi modò fortiùs vrſeris, viros ex ipſa colliget infirmitate. Hoc autem conducit, vt vel modicum te contineas, tuoq́ue exercitui copias adiungas ampliores, quo fiet vt minori tuo damno & periculo eum ſis deuicturus. Quid prætendis Chuſai? commodum Dauid In quo conſiſtit? vt eum modo non aggrediatur neceſſarijs deſtitutum viribus debilem, concuſſumq́, animo deiectum, ſed vt illi modicum tempus concedatur, quo vires animumq́ue recipiat: & hoc ſecutus eſt Abſalon: nam pauliſper ſubſtitit, nouiſq́ue legionibus exercitum ſuum roborauit, vt illi Chuſai conſuluerat, & ab hoc omne Dauidis commodum dependebat: quia modico illo tempore ſe à labore valuit recreare, reficere, cladem q́ue exercitus ſui redintegrare. Intellexit hoc Dauid, Deo pſalmum ſeptimum decantat in tanti beneficij gratitudinem: & tu millies ſimile poſſes celebrare canticum in memoriam temporis tibi conceſſi: cum enim ita ſit, quòd tuis ſeruieris cupiditatibus illum offendendo, eiuſque iram prouocãdo: ſi tunc te prælio Deus fuiſſet aggreſſus, iam inferni flammis arderes ſempiternis: ſed exſpectat te, & ait: *Adhuc modicum tempus vobiſcum ſum* Et tu matrona, cum tuæ vacares perditioni, ſi te in flagranti, cepiſſet delicto, iam tartari fores titio inextinguibilis, tamen tibi largitur vnũ: *Adhuc modicum tempus.* Quanti retulit Ioſue vel modicum tempus quo ſuos proſterneret inimicos? Hoc illi celeberrimam peperit victoriam, quòd ſol modico tempore curſum ſuum ſuſpenderit, & breui ſpatio diei tempus extenderit.

37 Deinde duo, ſi bene cõſideres, hic ſunt admiratione digna. Vnum, tanta Dei bonitas & longanimitas, qua tot crimina, tot patienter tolerat peccatores. Alterum: tot tamque grauia peccata, poſt tantam Dei bonitatem & patientiã. Illa bonitatis Dei magnitudinem exponit, hæc tuæ maliciæ grauitatem. O quam ineffabilis bonitas: cũ tantis eum irritaueris ſceleribus, tantis eum offenderis proditionibus, tantiſq́ue affeceris ignominijs *Adhuc* te exſpectat, te patitur, te inuitat, te rogat, te vocat, te cuſtodit, & habet & vult vt hoc eius portæ affigatur inſcriptum: *Exſpectat vos Dñs Deus veſter, vt veſtri miſereatur.* O quã execranda malitia, cum te tanto Dñs tempore exſpectauerit: *Adhuc* nouis illum prouoces criminibus: cumq́; tanto te tempore rogauerit, & pertulerit cui ſeruire debueras, iteratis illum flagitijs exacerbes. Ex his expendit Proph. Rex illius populi nequitiam, ea namque menſura, qua Deus illos beneficijs cumulabat, atque ad pœnitentiæ luctum exſpectabat, noua illi ſuperaddebant flagitia: *In omnibus his peccauerunt adhuc.* D. vero Luc. pertinacem ſcribit Sauli rabiem in Chriſtũ eiuſq́ue aſſeclas, tantò grauiorẽ, quantò Chriſtus illum benignius exſpectabat: *Saulus adhuc ſpirãs minarũ, & cædis in diſcipulos Dñi &c.* Eia igitur, in teipſum conuertere, & Dei miſericordiam attende, eiuſque ſummam arbitrare patientiã, quod te longanimis exſpectet, & modicũ tibi tempus elargiatur: *Adhuc modicũ tempus vobiſcũ ſum*: & ex diuino tibi dicit conſilio, modicum eſſe: vt feſtines, & diligenter caueas, ne tibi pertranſeat.

IV. Duo notanda Dei benignitas, & hominis peruerſitas.

*Iſai.* 30. 18

*Pſ.* 77. 32.

*Act.* 9. 1.

Quis vnquam vidit diabolũ ita ſollicitum, anxium ita & inquietũ, vt nec dormiat, nec quieſcat nec hæreat noſtram ſemper & vbiq́, agitans perditionem: *Tanquam leo rugiens, circuit quærens, quem deuoret.* Si tantæ quæris rationẽ anxietatis, eam tibi D. Ioan. indigitat: *Sciens, quod modicum tempus habet*: Nouit ad inferendum tibi bellum, tempus ſibi ſupereſſe modicũ, & ſi in illo non te ſupplantet, explodetur in æternum: quid igitur tibi agendum, de cuius agitur incommodo, cum ſcias modicum eſſe tempus tibi cõceſſum: quod ſi in illo tua non recuperaueris damna, & cladem, in æternum ſis periturus? cum modicũ igitur ſit, caue ne perdas illud, & perpende; quod tibi hoc tribuat, vt teipſum agnoſcas, & agas pœnitentiam, & hoc modicum optimè impendas. Bene fundata iuſtaq́ue fuit illa Dñi contra quoſdam expoſtulatio: *Dediſti illi tempus, vt pœnitentiã ageret, & non vult pœnitere à fornicatione ſua*: Quam ob cauſam arbitraris tibi vitã eiuſque terminum à Deo prolongari? An vt Iudas? An vt tuis ſeruias eſſ ænis cupiditatibus ac vanitatibus indulgeas? An vt inquiras, quo tuũ poſſis

V. Diabolus ita anxius eſt quia modicum tempus habet.

1. *Pet.* 5. 8.

*Apoc.* 12. 12.

*Apoc.* 2. 11.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſis tranſigere tempus? Abſit omnino, ſed: *Vt pœnitentiam agat.* Vide quid agas, caue, ne ſimilis

Iob 14.23. ſis illi, de quo dixit Iob: *Dedit ei locum pœnitentiæ, & ille abutitur eo in ſuperbiam.*

V. Deus primis peccatoribus vitæ tempus conceſſum reſcindit.

Tangere videtur hiſtoriam (quam expendunt D. Chryſoſt. & D. Hier. & alias notauimus, eius quod ſuperbis illis gigantibus acciderat, qui diuinam ita prouocarant iuſtitiam in diebus Noë vt eos diluuio delere decreuerit vniuerſali, cunctiſque notiſſimo. Noë loquitur Deus ſuumque illi decretum exponit, ac præcipit, illis hæc indicet ipſe peccatoribus: vt autem ſociam ſemper manum præbet iræ miſericordia promittit illis centum viginti annos, quibus agant pœnitentiã, & vitæ ſtudeant emendationi. Eo ſenſu SS. illi PP. hæc verba interpretantur: *Et erunt dies hominis centum viginti anni. Ne videretur eſſe crudelis*

D. Hier. Tom. 3.

(inquit D. Hier.) *adiecit. Et erunt dies hominis cẽtum viginti anni, id eſt do eis centum & viginti annos ad agendum pœnitentiam.* O quãta hæc miſericordia. Volũtatis Dei non erat illos non præmonitos opprimere, & minus ab eis exigere ſupplicium, quod intentabat, quandoquidẽ tempus illis ſeſe emendandi largiretur. Eximiæ huic diuinæ miſericordiæ ſummã ſuã reſponderunt iniquitate, & qui mores ſuos emendare debuerant, in peccatis ſuis pertinaces obduruerunt, illis tempus illud impendentes, ſuaſque in eo augentes impietates, quod illis agendæ pœnitentiæ fuerat indultum: vt eorum ſingulis optimè conueniant prædicta verba Iob: *Dedit ei locum*

D. Hier.

*pœnitentiæ, & ille abutitur eo in ſuperbiam.* Hoc igitur egit Deus: *Quia pœnitentiam agere contempſerunt, viginti annorum ſpatijs amputatis, anno centeſimo venit diluuiũ ſuper terrã* ait D. Hieron.

Iuſtiſſimum hoc eſt ſuppliciũ, & illi ſimiliter qui inſolens adeo viuit, vt modicũ illud tempus diuina ſibi benignitate conceſſum, vt ſibi conſulat, moreſque corrigat, obduratus ſuis impendit teritque flagitijs, quibus diuinã acriùs prouocat iuſtitiã. Et quàm æquum foret, vt tibi illud auferret, cum talis ſis, vt tempora tuæ correctioni præſtituta, tuis conſecres impudicitijs, vanitatibus, voluptatibus, prauiſque deſiderijs: nedum præterita in Deum ſcelera non emendando, ſed alia ſuperaddendo, furorem, eius itamq; prouocando? Quòd ſi reus tu cũ eſſes læſæ maieſtatis, ob exploſam in Regem bombardam, licet illum non occideris, quia thoracem gerebat æreum & obfirmatũ, ipſe Rex tibi diem diceret, diemque

VI. Similitudo.

concederet, quo te ad locum reciperes tutiorẽ, quam maiorem poſſet ipſe tibi impertiri miſericordiam? ſi verò tu illi tempore calcitrans illum protruderes, & ipſo ſpectante crimen iteratò cõmittere tentares, bombardã parares, puluerẽ infunderes tormentarium, glandem iniiceres rotã ſuſpenderes, atque in pectus eius exploderes: tu ipſe iudex eſto, num æquum foret, vt terminum tibi conceſſum obtineres, & in eodẽ te loco tueretur? Quid agit peccator, quando peccatũ admittit mortale? Bombardam in Deum explodit, & quantũ ex parte eſt illius, Deum eiuſque occidit eſſentiam; ſed irrito conatu, nam ipſe diuinæ ſuæ eſſentiæ thorace præmunitus eſt, vt nulla poſſit eum glans quantumuis efficaciſſima penetrare. Scelus hoc proditorium in Deum ſacrilegus admiſiſti, cũ in eum explodens peccatum, expende, quid merueris. Attamen tanta eſt Dei miſericordia, vt modicũ indulgeat tibi tẽpus, quo te ſerues per pœnitentiam, incolumẽ: *Adhuc modicum tempus vobiſcum ſum:* hoc autem tempore quid agis? parum eſt, ſi parum dicendũ ſit, quòd illo tibi minimè ſaluti tuæ proſpicias, imo denuo & aliud paras in eum explodere flagitium: quid vis igitur vt agat? quid tibi ſperandum? Hoc aget: conceſſum tibi temporis præſcindet terminum, & vitæ tuæ dies abbreuiabit, vt præcox moriaris in ſempiternum.

§. 14. Adhuc modicum tempus &c. & vado ad eum &c. *Chriſtus vt Dominus temporis, ſedem habet ſuper firmamentum: mortuus eſt, non quando voluerunt inimici, ſed, cum ipſe voluit.*

VOluit ſimiliter Dñs, etiam ex mente D. Aug. principaliter altiſſimũ declare myſterium, quo diuinã ſuam patefaciebat potentiam: q. d. illis: non me capietis, nec pro voluntate veſtra occidetis, ſed quando vobis id permiſero, & hoc in tempore, quo capi me & occidi determinaui, hoc autem Chriſti reſponſum, non tantùm ad ipſos dirigitur ſatellites & miniſtros, quãtum ad ipſos Principes, qui miniſtros eò deſtinarant. q. d. Optimè noui, qua vos intentione veniatis, & quis vos huc delegarit. Illuc igitur reuertimini, & veſtris renũtiate Dominis, ea quæ dico: nõ eſt, cur ita feſtinent: non enim moriar, quandocumque ipſi voluerint, ſed quando ego voluero, & hora ad hoc venerit inſtituta. Hæc autẽ nondum aduenit, adhuc modicum ſupereſt temporis: vnde renunciate illis: velint, nolint: adhuc modicum tempus cum illis & vobiſcũ ſum.

98 *Tract. 31. in Ioan. Tom. 9.*

I. Chriſtus mortuus eſt, quãdo voluit.

Notarũt Rupert. & Theoph. emphaſim habere illud pronomen: *Vobiſcum?* hoc etenim totum

erat

erat Phariſæorũ, Principũque ſtudium, vt Chriſtum expellerent, atque de ſuo, populique conſpectu eijcerent: eius namque præſentia tædium illis maximũ ingerebat: quos annis pluribus ante Spiritus S. propoſuit aggregatos in concilio ſuo:
Sap.2.15. dicenteſque, *Grauis eſt nobis etiam ad videndum.* Quibus furorem inferebat mortalem, noua quotidie vide miracula, & Chriſti nominis incremẽtum: ſibique perſuadebant, quòd ereptus ab eorũ oculis continuo traderetur obliuioni: dicite illis non ſolum me non apprehendetis, ſed velitis, nolitis adhuc modicum vobiſcum ſum, & in oculis veſtris, & totius ambulo multitudinis, adhuc modicum inter vos operor miracula, & facio mirabilia, nec eſt qui mihi eſſe poſſit obſtaculo. Hoc inter cetera, ſicut ante diximus, euidentiùs demonſtrabat diuinam Chriſti potentiam. Quales, obſecro, incedunt illi, quàm inflati, quàm arrogantes? Vt opinor illos Iſaias intuetur, & expiodens ad nos conuerſus, ſic ait: En quàm arrogãter incedant, quo faſtu procurrant, quàm properè feſtinent, quo capiant, fundantque ſanguinem?
Iſa.59.7. *Pedes eorum ad malum currunt, & feſtinant vt effundant ſanguinem.* Hoc autem ſit tibi compertum, irritos fore omnes eorum conatus, & leonem me, laruâ territabant: *Sed cogitationes eorum, cogitationes inutiles.* Quia non eis Dñs iniquas ſuas patietur explere cogitationes, & ſequetur
Pſ.9.23. illud, quod ſupra diximus: *Dum ſuperbit impius, incenditur pauper &c.* Tanto Chriſtus euadet illuſtrior, & gloriâ clareſcet altiori: poterit enim declarare facinus, quo perſonæ ſuæ teſtetur liquidò diuinitatem, nempe, quod ita ſit Dñs temporum, vt ordinare poſſit (inquit D. Aug.) & particularia decernere tempora natiuitati ſuæ, vitæ, ac mortis, idque adeo perfectè, vt illis nec momentum quidem detrahatur.

II. Allegoria de Chriſto.
Miranda planè fuit illa viſio, qua vidit Ezechiel quatuor illa animalia, vt nota ſolemniter, ita prodigioſa rotas poſt ſe trahentia: erant illa ſub firmamento, ipſa & eorum capita, alæ, pedes &
Ezech.1.22. rotæ: *Similitudo firmamenti &c. ſuper capita animalium, ſub firmamento pennæ eorum.* Super firmentum thronum vidit ſpecioſiſſimum, quaſi Sapphyris compoſitum, in quo reſidebat ſimilis filio hominis, inſtar electri fulgentiſſimus, igni comparandus lucidiſſimo, tantumque placuit hæc viſio Prophetæ, vt in ea Dei gloriam arbitraretur ſibi demonſtrari: *Hæc viſio ſimilitudinis gloriæ Domini.* Quid igitur hic tantæ gloriæ & maieſtati comparandum, vt dici poſſit, diuinæ gloriæ Domini ſimilitudo? num forſitan illa viſio tam illuſtris, qua fruebatur Iſaias: *Vidi Dominum ſedentem &c.* Hæc eſt, inquit, viſio gloriæ Dominicæ manifeſtatiua: *Hæc viſio ſimilitudinis gloriæ Domini.* Iſa.6.1.

Communis SS Patrum ſenſus habet, ad litteram intelligi de Chriſto Domino, cuius humanitas in hominis figura deſignabatur, & in electri igniſque ſpecie diuinitas, quo totus circumdabatur & penetrabatur: cũ enim ignis Dei referat figurã, voluit Spiritus S. id declarare, quod poſtmodum dixit Apoſt. Paulus. *In quo inhabitat omnis plenitudo diuinitatis.* Coloſ.2.9. Firmamentum phraſi S. Scripturæ, eſt primum mobile, de quo totius orbis firmitas, & omnes viuentium dependent actiones: & hoc eſt, quod Philoſophi conſtituunt, in quo ſit, & reſideat, velut in proprio ſubiecto tempus, quod ab eius motu dependet. Animalia Monarchas deſignabant, & mundi potentiores, atque vt SS. PP. declarant in quatuor illis eleganter præfigurabantur quatuor mundi Monarchiæ: Chaldæorum, Medorum & Perſarum, Græcorum & Romanorum. Rotæ populos præferebant: regna ſubditos: nã eò ducuntur, quo Principum voluntas libuerit. Hæc omnia ſub firmamento erant: omnia namque temporis diſpoſitioni ſubijciuntur, quam Deus decreuit, ſic vt illi in hanc nullam habeant poteſtatem.

Optimè dixit hoc Salomon virorum ſapientiſſimus: *Non eſt in poteſtate hominis prohibere ſpiritum, nec habet poteſtatem in die mortis.* Eccle.8.8. Vocat ſapiens ſolem & cœlos ſpiritum mundi: *Luſtrãs omnia pergit ſpiritus.* Eccle.1.6. Sol hic per omnia currit, omnia illuminat, & eius influentijs, ac illius, cælorumque motibus mundus in eſſe conſiſtit.

III. Deus omnia tempora ſtatuit.
Nõ eſt, qui manum illi inijciat, aut detineat, aut impellat, nec rotas illas cœlorum remoretur, nec tempus conſtituat, aut decernat, naſcendi, viuendi, moriendi. Omnes Principum Regumque actiones tempori ſubduntur à Deo præſtituto, in quod homo nihil poteſt efficere, quantumlibet fortiſſimus: *Conſtituiſti terminos eius, qui præteriri non poterunt.* Iob 14.5. Non tu, non alter, non Rex, non Papa vitæ momenta, ſed Deus illa conſtituit: *Conſtituiſti.* Hæc Chriſti gloria eſt, quòd in throno reſideat, hoc eſt, plenâ polleat ſupra firmamentum poteſtate: etenim ipſe eſt, qui tempora diſponit & ordinat.

Ipſe tempus ſuæ natiuitati diſpoſuit, qua de 39
cauſa loquitur Apoſtolus (ex mente D. Auguſt.) Gala.4.4.
*Cum venit plenitudo temporis. Multi dicunt: Quare non ante Chriſtus? quibus reſpondendum: quia nondum venerat plenitudo temporis, moderante illo, per quem facta ſunt tempora.* D. AVGV. Tempus ipſe & horã moriendi præſignauit adeo certam, vt donec

ipſa venerit, ne timueris, quòd illi vitam poſſint
IV. Quare dicatur hora Chriſti. eripere. Et hanc arbitror rationem eſſe conuenientem, cur toties Euangeliſtæ, mortis eius horam appellent horã eius, præſertim eximius ille Theologiæ Doctor D. Ioan. *Sciens Ieſus: quia venit hora eius.* Quomodo vocas illam horam eius?
Ioan. 13. 1 Imo potius dixero horam fuiſſe inimicorũ: etenim quod intendebant, obtinuerũt, & eã ob cauſam
Luc. 22. 53 ait illis Redẽptor noſter: *Hæc eſt hora veſtra.* Quando in nuptijs Cana Galilææ cælorum regina mater eius ab illo requirebat, vt vini defectui ſubueniret, illi Chriſtus reſpondit: *Nondum venit*
Ioan 2. 4. *hora mea*: quia ſecundùm expoſitionem D. Greg.
Lib. 8. Ep. & indict. 3. c. 41. vocat horam ſuam, horam honoris ſui & gloriæ, quã faciendo prodigia conſequeretur: q. d. Nondum aduenit tempus, in quo conuenit me ſigna operari. Hæc ergo dicitur hora illius: ſed hora mortis, in qua ſeipſum nedum non oſtenderet glorioſum, ſed omnium abiectiſſimum, non congruè dici videtur *Hora eius.* Imo poteſt, & propriè quidem eo modo, quo ſapientiſſimi illi ac profundiſſimi Aſtrologi Magi Chriſti, vt Dei adoratores: nam hanc itineris ſui, & adorationis
Matt. 2. 2. rationem cauſamque protulerunt: quia *Vidimus*
V. Cur magi dixerint ſtellam eius. *ſtellam eius.* Quam vocatis ſtellam eius? q. d. hæc eſt ſtella eius ab ipſo diſpoſita, mota, producta, ita ſtella eius, vt ipſe ſit, qui eam creauit in cælo fixit, motum tribuit, miſit: quæ nos moueret nõ minori poteſtate in cælo, quàm tu in terra polles mittendi nuntium, eo ordine, & quò tibi libuerit. Qui hoc poteſt in cœlo, & tanta ſtellas moderatur auctoritate, vt de illis ordinet, vt vnam ſingularem creauerit eo tantùm fine, vt ortum illius indicaret, optimè diuinam ſuam manifeſtat eſſentiam.

Sicut autem illa dicitur hac de cauſa ſtella eius ſic hora mortis illius dicitur hora eius: quia ipſe, qui temporũ potentiſſimus eſt moderator & qui cunctis ſua deſignat tempora, atque omniũ mortalium decreuit vitæ terminos, idem ipſe horam præſignauit ſibi moriendi: quocirca vocatur hora eius, & hanc adeo conſtanter obtinet, vt nõ ſit, qui decretum hoc, terminum hunc, hunc poſſit ordinem immutare. Ex prædictis nonnulli declarant, & meã quidem ſententiã ſubtiliter, hoc Chriſti ad diſcipulos ſuos reſponſum, pluribus ſcatere myſterijs, quam verbis, imo ſyllabis. Seceſſit Chriſtus de Iudæa, quia volebant eum Iu-
VI. Chriſti vitæ dies, horis habuit duodecim. dæi interficere. Contigit eo tempore Lazarũ infirmari, de quo ſorores eius Chriſtum procul abſentem reddunt certiorẽ. Ait Apoſt. ſuis: Eamus in Iudæam iterum. Heu Dñe mi, reſpondent illi: iam nunc volebant te Iudæi occidere, & lapidibus obruere: vix manus eorum effugiſti, & denuo reuerteris illuc, vt diſcrimini vitam tuam aleæque ſubijcias? Reſpondet illis Dñs: *Nonne* Ioan. 11. 9
*duodecim ſunt horæ diei?* Quod vel intelligitur vt prouerbium: etenim dicere ſolemus: duodecim horas dies continet, etiamſi mediâ ſit hyeme, quando dies vix octo luceſcit: ſumitur enim computatio ab æquinoctio, quod ex duodecim rectè horis colligitur; vel quia illo tempore tot dies horis cõſtabat: erat etenim proximum æquinoctio, ad medium circiter Martij.

Quid igitur indicas? Dies ita duodecim horis conſtat, vt quidquid agas, nec illas extendes, nec abbreuiabis: nam ex motu ſolis dependent: & ſicut efficere non potes, vt ſol ante finitum curſum ſuum occidat, ita nec efficere poteris, vt dies ante hunc terminetur. Expedire indicas vt VII.
ſol ante ſextam oriatur: eia igitur manum mij- Similitu-
cias ſoli, illum excita, fac vt populo citiùs illu- do.
ceſcat. Quod ſi neceſſe tibi fuerit vt prius occidat, age, vt terminus ei præſcindatur, & duodecim horarum tempus contrahatur: quando iam quinta veſpertina appropinquat, propelle ſolem, vt ante ſextam abſcondatur: amentiam hoc ſaperet apertiſſimam. Vita Chriſti Saluatoris dies vna fuit per ipſum & æternum ſuum ſtabilita Patrem, in qua ſol ille diuinus terram deberet percurrere. Ne tibi perſuaſeris, quòd quantumlibet manus moueantur & pedes, quis efficere poterit vt ante præſtitutum oriatur tempus: nec quidquid moliantur, vt ei necem inferant, vitæ illius termini minuantur: ab ipſo namque ſunt ordinati. Hoc ipſis indicauit Apoſtolis, Habet vita mea tempus à Patre meo & me determinatum: ſol ego per mundum diſcurrẽs: nequaquam arbitreris: quantumlibet mundi potentiſſimi moliantur: quòd efficere poterint, vt ante præſtitutam horam occidam, & ſepulchro defunctus abſcondar. Hoc verba illa ſignificant: *Adhuc modicum tempus vobiſcum ſum.* Adhuc modicum ſupereſt antequam mortis meæ nox appropinquet: hoc implendum eſt, vobis vel nolentibus, vel volentibus.

Et ni fallar, hic ſpectat quod Spiritus S. nota- 40
uerat de ſole: eius extollit prærogatiuas: qualiter VIII.
ſons ſit lucis, & per quem Deus omne bonum Chriſti
producit in terra: hoc ſignatur his verbis: *Vas ad-* vita ſolis
*mirabile opus excelſi.* Vas eſt, cui Deus lucem in- curſui
cluſit: inſtrumentũ eſt, quo ſupremus ille artifex compara-
operatur. Videamus autem quis illũ dirigat, quis tur.
deducat? Ordo, & diſpoſitio diuina, Dei præceptum: *In ſermonibus eius feſtinauit iter.* Ne tibi Eccli. 43. 5
hoc arrogaueris, quòd eum poſſis cogere vt vnico

puncto

puncto citiùs procedat, aut feſtinet, vel detine-
re, quantumlibet coneris: etenim curſus illius
diuino decreto confirmatus eſt & præcepto. Sol
hic Chriſtus lucis & gratiæ, per quem illam
in nobis Deus operatur, iter ſuum habet à
Patre conſtitutum: agas quæcumque volueris,
nõ illud contrahes, quantumlibet effeceris. Hoc
optimè quadrat alteri reſponſo, quo Dominus
Phariſæis reſpondit: illum etenim impellere vo-
luerunt vt de regione illa diſcederet, Herode
illum perterrente, & laborante vt occidere: aiũt
Luc. 13. 31 enim: *Vade hinc quia Herodes vult te occidere.*
Quærebant improbi illi Chriſtum à ſe repellere,
tum, quia illos corripiebat, tum quia indies cer-
nebant maius auctoritatem eius ſumere incre-
mentum: idque eadem aſtutia, qua Amaſias ne-
quam ſacerdos offenſus Amos Prophetæ repre-
henſionibus, & inuidens nominis æſtimationi,
qua in plebe vigebat, illi perſuadet vt illinc ex-
cederet, ſibi à Rege Hieroboam mortis immi-
Amos 7. 12 nere periculum: *Gradere, & fuge in terram Iu-
da.* Sed quid Dominus illis reſpondeat, audia-
mus: *Ite dicite vulpi illi: Ecce ejicio dæmonia,
& ſanitates perficio hodie, & cras, & tertia die
conſummor: veruntamen oportet me hodie & cras,*
IX. Chriſtus mortuus eſt, quando volut, & hora præſtituta ab ipſo. *& ſequenti die ambulare.* Hoc illum nomine com-
pellat ob vulpinas aſtutias, quibus Domini præ-
curſorem Baptiſtam circumuenerat & capite
truncauerat: oſtendens ſibi diſplicere, ſuæ re-
pugnare voluntati, ſed ſuccinrando conſtrictum
ſe feciſſe, quod faciendum imperabat: ipſe nam-
que huius erat artifex auctorque tragœdiæ. Ite,
dicite vulpi illi: quod moriturus ſum, quando
mihi placuerit, & non quando mortem mihi in-
ferre conabitur; etenim ipſo licet inuito die-
bus adhuc aliquot ſuperuiuam, atque in illis, non
ſub vmbra tectorum & latebris, ſed foris, atque
in publico, miracula faciens inaudita & euiden-
tia, & die per me decreta, qua debeam immo-
lari, illa, & non ante meæ vitæ terminum
imponam, & exclamabo: *Conſummatum eſt.*
D. AVGV. Omnem mouerunt lapidem (inquit D. Augu-
ſtinus) vt eum occiderent, ſed irrito, licet mul-
to, conamine: non enim mortuus eſt, niſi:
*Poſtquam omnia completa ſunt, & dixit: Perfe-
ctum eſt, & abſceſſit poteſtate, qui non venerat ne-
ceſſitate.*

Inſuper hoc clarius Dominus expoſuit verbis
ſubſequentibus: *Et vado ad eum, qui miſit me.
Adhuc modicum vobiſcum ſum:*, & tunc vado ad
eum, qui miſit me: *Vado*, quibus verbis duo ſig-
nificat. Primum: quòd tranſacto illo modico
ſibi reliquo, moreretur: non quia volebant hoc
illi, ſed quia ipſe voluntariè iret; & ſe morti
traderet: ita vt, non tam illi forent, qui cum
ducerent, quàm ille, qui proprio motu ad mortẽ
feſtinaret: de quibus Dominica Palmarum. Se-
cundùm: ne crederent, quod occiſo illo, cũ eiuſq;
memoriam abolerent, vt hoc ipſi prætendebant:
imo potius mors illa mediũ ſibi ſeruiret ad glo-
riã & honorem: per hanc enim cœlos aſcẽderet,
ad æterni Patris ſui dexteram aſſeſſurus: *Vado ad
eum, qui miſit me*: de quibus die Veneris.

## §. 15. Quæretis me &c. *Hic oſtenditur ver-bum Dei viuum quod in cordibus operatur, & ſemper eſt audiendum.*

F Verunt Saluatoris noſtri verba adeo efficacia, 41
vt miniſtrorũ corda penetrarent, eiuſque amo-
re inflammarentur, in tantum, vt reuerti propo-
ſuerint, ſicut de facto ad Dominos ſuos remea-
runt, à quibus in pleno concilio anheli expecta-
bantur: quàm primùm eos cernunt ingrediẽtes,
percunctantur: *Quare non adduxiſtis eũ?* Vt quid Sap. 18. 15
eũ vinctũ minimè traxiſtis? Reſpondent illi: eum L.
vos ex hac parte capite: nedũ illũ nõ capimus, Miniſtri
ſed ipſi vi verborũ eius capti ſumus: *Numquã ſic* conuerſi
*locutus eſt homo.* Notanda hic venit Chriſti ver- Chriſti
borũ efficacia: *Omnipotens ſermo tuus Domine*: agit diuinita-
enim quodcumque libuerit. Habes hic veraciter tem con-
in Chriſto quod mendaciter Herculi Poetæ af- ſitentur.
finxerunt: quòd ex ore eius catenæ proſilirent
quibus auditores ſuos cõſtringebat, per quas ver-
borum eius efficacia ſignabatur. Fabulã hoc ha-
be: ſed hic conſidera rei veritatem: illi namque
Chriſtum audientes ita verbis illius capiuntur, vt
ex ſententia D. Aug. clarè Chriſti confeſſi ſint di- D. CHR.
uinitatem: quia dicendo: *Numquam ſic locutus eſt* Ho. 51. in
*homo*: fatentur hoc: impoſſibile eſt merum homi- Ioa. To. 3.
nem, eo modo quo ille, concionari. Et hæc fides
eſt Catholica: nam merus & purus homo ſuo
non poteſt verbo cor efficaciter permouere, eo
modo, quò illi libuerit.

Expendit D. Chryſoſt. quàm verè verbis his ſe
proteſtentur eſſe conuerſos: *Vt præcones fiant ſa-
pientiæ Chriſti.* Poterãt (inquit) ſeſe excuſare, quòd
illum minimè cepiſſent, dicendo, hoc auſos non
fuiſſe ob populi multitudinem, quæ magna con-
fluxerat, & illum fuiſſet defenſura ſi quis in illũ
manus voluiſſet injicere violentas, & nõ leue ci-
uitati ſcandali dediſſent occaſionem, quæ ratio
Phariſæos ipſos alias ab eodẽ facinore deterrue-
rat: *Non excuſant ſe propter turbã non potuiſſe, quæ
eũ tanquã Prophetã ſequẽtur.* Potuiſſent ſanè ita ſe
*excuſare,*

*excuſare, ſed animi rectitudinem oſtendunt.* Conſtantes oſtendunt ſe confeſſores, qui parati ſunt pro Chriſti nomine ſanguinẽ, vitamque profundere, nec non ſubire martyriũ; iiſdemque quoque verbis (inquit D. Chryſoſt.) Dominos ſuos acriter & efficaciter reprehendunt, quaſi dicerent illis: Perpendite Principes, quid agatis: an virũ hunc perſequimini: fierine poteſt, vt eum pro Deo non adoretis: Nos ipſi vnica eius audita concione ſuperamur, eique cor noſtrũ tradimus & animam; vos autẽ tot auditis ſermonibus, & nedũ verbis, ſed miraculis iiſque tantis, adhuc caligatis? tam præclari euaſerunt gloriæ Chriſti prædicatores, vt & illis, ſicut cœco poſtmodũ, maledixerint. Sic eorum verba profert Euangeliſta: *Numquid & vos ſeducti eſtis? Turba hæc maledicta eſt.*

II. Quanta ſit efficacia verbi Dei. *Ephe.1.11.*

Hinc primò: collige diuinæ potentiæ efficaciã ad corda conuertenda eorũ, quibus miſeretur: etenim quando illi placuerit, tempora non requirit, præuias non attendit diſpoſitiones, nec conſilium adhibet vt ait Apoſtolus, ſed diuinam ſuam tantummodo conſulit voluntatẽ. *Qui operatur omnia ſecundum conſilium voluntatis ſuæ;* Quando toto furentes impetu parabant illi manus iniicere, detinet illos, & conuertit. Tu videris an illis præuia fuerit diſpoſitio: de qua egimus aliàs. Secundò: collige, quanti referat audire verbum Dei, licet peruerſus ſis, & varias habeas iniquas intentiones, imò Deo ipſi cõtrarias. Optimè declarauit D. Paulus verbi diuini efficaciam, illud nuncupans viuum: *Viuus eſt ſermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti.* Hoc tantum ego verbum expendo: *Viuus.* Philoſophiæ princeps Ariſtoteles definit illud propriè dici viuum, quod in ſe principium habet motus, *Viuum dicitur, quod habet in ſe principium actiuum ſui motus.* Granum ſinapis viuum eſt quia habet in ſe virtutem viuam, qua ſeminatum & à terra receptum, pullulet, de ſe herbas producat, & ramos vt arbor videatur, in qua nidificent aues: granum ſeu acinus ficus incidens in turrim inter mille lapides, viuum eſt, hic enim tanta virtute ſuas producit radices, vt ipſos diſrumpat lapides; & vbi non niſi durities videbatur frutices, ramos, ficuſque profert abundantes. Tali viget efficacia verbum Dei; qua de cauſa à Chriſto cõparatur grano ſinapis; cadit in cor Magdalenæ, quo nullus impudicitior, & eam Seraphim efficit ardentiſſimã. In cor cadit leonis ferociſſimi, Paulum intelligo, & agnum eum reddit manſuetiſſimum. Cadit in cor Dauidis adulteri & homicidæ, eumque ſpeculum efficit pœnitentiæ; quocirca licet ſcias nullã in te reperiri diſpoſitionẽ, vade tamen & audi; fortaſſe namque granum aliquod in cordis intima decidet, & cœleſti virtute fructum proferet abundantem.

*Heb.4.12.* *8.Phyſ.4.*

III. Quid dicatur viuum.

Compoſuit D. Auguſtinus libros vt vitæ ſuæ Deo, totique mundo confeſſionem ſeu exomologeſim faceret generalem, omnium peccatorum, actuum & caſuum, eorumque potiſſimum quos ante conuerſionem, & annus priores commiſerat. Inter alia ſcribit, quod ſtudia ſummo amore proſequeretur, quodque ea vanitate delectaretur, vt eorum gratia nominis acquireret æſtimationem. Nominatim autem meminit, quod animo diſcendi, non verò corrigẽdi vitam, ſed ſuis inanibus ſtudendi intentionibus, lectioni ſe dederit libri à Cicerone compoſiti, quo exhortatur ad Philoſophiæ, & ſapientiæ ſtudium, quem inſcripſit. *Hortenſius*, in quo monet ad terrenorum contemptum, & amorem virtutis; atque talia hæc fuiſſe verba, vt eius omnino mutauerint affectũ, quod ipſum verbis ſuis euidenter exprimit. *Diſcendi ordine perueneram in librum quendam cuiuſdam Ciceronis, cuius linguam fere omnes mirantur, pectus non ita: ſed liber ille exhortationem continet ad Philoſophiam, & vocatur Hortenſius. Ille vero liber mutauit affectum meum, & ad te ipſum Domine mutauit preces meas, & vota, ac deſideria mea fecit alia. Viluit mihi repente omnis vana ſpes, & immortalitatem ſapientiæ concupiſcebam æſtu cordis incredibili, & ſurgere iam cœperam, vt ad te redirem.* Hoc efficere potuerunt verba viri Latina eloquentia ſpectabilis; quamuis autem talia eſſent illius verba, pectus tamen tale non erat, cum peccator eſſet, infidelis, & honoris auidiſſimus, quem non effectum verba Sanctorum, eorum libri, & doctrina operabuntur? Quis non ſperandus effectus ex lectione Fr. Ludouici Granatenſis, licet in noſtra vernacula lingua non cedat Ciceroni in Latina, cuius viri pectus ardorem ſpirabat Seraphicum? De quo præclarum & irrefragabile tulit teſtimonium Gregorius 13. Pontifex Maximus piæ memoriæ, dum eius extollit opera. Quem fructum non proferet lectio operum Patris Auila, aliorumque virorum, qui libros ad noſtrum non leue ſcripſerunt emolumentum.

D. AVGVS. L.3 c.3. & 4.

Quod ſi hi ſint efficaces, quid cenſendũ de lectione D. Bernardi, D. Auguſtini, D. Chryſoſtomi, D. Athanaſij? deinde, quod ſi lectio Literæ mortuæ tantum operetur, quid verbum Dei viuum efficiet, quoties ad concionem conuenerunt operibus dæmones, qui regreſſi ſunt Seraphim ardentiſſimi? accedit Philetus præſtigiator diſcipulus Hermogenis viri diabolici, vinculis conſtrictus

IV. Lectio SS. librorum efficax.

ſtrictus

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſtricturus D. Iacobum concionem audit, vel eius
diſcurſum, atque ad pedes eius agnus proſterni-
tur manſuetiſſimus, diſcipulus fideliſſimus, &
*Ioa.6.44.* Angelus deuotiſſimus *Verba quæ locutus ſum vo-
bis* (ait ipſa veritas) *Spiritus & vita ſunt.* Dei ver-
*Eze.37.4.* ba Spiritus & vita ſunt. Quanti ponderis ac vi-
rium fuit oſſibus illis apud Ezechielem mortuis,
aridis corroſis, nullo vitæ ſigno, vel vnus Spiritus
ſuper ea inſufflatus? qualia ſurrexerunt, quam
robuſta, quàm formoſa &c. Ad regulam hic ca-
*L. de grat.* dit argumentum D. Auguſt. multum ſibi timeat
*& li. arb.* peccator, quando audito Dei verbo, non emolleſ-
*c.21. To.4.* cit, non illud corde retinet, non ex eo ad meliora
conſurgit. Ad rem multa perpendit S. Scripturæ
loca, præſertim illum, in quo mentio fit de miſe-
ro Rege Amaſia: qui verbum Dei ſibi à Prophe-
ta propoſitum non audiuit: quia Deus eius puni-
re voluit idololatrias: *Et noluit audire Amaſias: eo
quod Domini voluntas eſſet, vt traderetur in ma-
nus hoſtium propter Deos Edom.* Circa quæ pro-
funda diſputat Theologiæ ſecreta, ſed claſſibus
reſeruanda.

## §.16. In magno feſtiuitatis die clamabat Ieſus: ſi quis ſitit &c. *Tacuit Chriſtus ad ſui exonerationem: atque ad noſtram vtilitatem altius exclamauit, & quidem adhuc: aquas viuas offerendo.*

☞ 43 ERat hoc feſtum Tabernaculorum à Deo
in lege veteri inſtitutum, quintadecima
Septembris per ſeptem continuos dies vſ-
que ad vigeſimam primam eiuſdem menſis, qui-
bus octaua, vt vltima dies annectebatur, & cele-
berrima, nempe vigeſima ſecunda Septembris:
*Dies octauus erit celeberrimus atque ſanctiſſimus.*
Siquidem Chriſtus quibuſdam præcedentibus
diebus magno Spiritus feruore prædicaſſet: at-
tamen vltimo die ad medium prodijt Templi
ſupra modum altius exclamans: *Stabat & cla-
mabat:* immenſam ſuam oſtendens bonitatem &
miſericordiam; quantò namque diligentiùs co-
nabantur homines impedire & præturbare opus,
quod præ manibus habebat, noſtram ſcilicet re-
demptionem, tanto ipſe laborabat hoc efficere
ſtudioſiùs: & quantò illi dona diuinæ gratiæ cõ-
temnebant acerbiùs, tantò ipſe ea ſub aquarum
Symbolo clamore maximo offerebat liberalior:
*Ieſus clamabat. Si quis ſitit, veniat ad me &c.* In-
dubiè magna continent hi clamores voceſque
myſteria.

Hoc vnum inter alia de illo Pater æternus di-
xerat, quod non vociferaretur, non altiùs vocem I.
attolleret, atque adeo ſubmiſſe loqueretur, vt vox Verba
eius vix audiretur. Diuina ſunt planè verba, & Iſaiæ ex-
quamuis illa Rabbini omnes ad litteram inter- plicãtur.
pretentur de Chriſto ſeu Meſſia, inſuper & D.
Matt. aſſeuerat in Chriſto fuiſſe completa: *Ecce* *Iſa.42.1.*
*ſeruus meus ſuſcipiam eum, electus meus, complacuit* *Matt.12.*
*ſibi in illo anima mea. Dedi Spiritum meum ſuper* *17.*
*eum &c. Non clamabit, neque audietur vox eius
foris.* Illa verbotenus perpendunt SS Patres, no-
minatim D. Epiph. a. D. Amb. b. D. Hier. c. *Ecce*, lo- *a L.2.con.*
quitur Pater æternus aperite oculos, & in ſeruum *hæreſ.Sa-*
meum illos dirigite: quia in illo comprehẽditur, *bel.*
quidquid videndum eſt cum & ipſi cœlitum o- *b In Luc.*
culi ab eius conſpectu non ſatientur. *In quem* *Tom.4.*
*deſiderant Angeli proſpicere, ſeruus meus.* D. Matt. *c Epiſt.ad*
legit. *Puer meus.* Aduertit D. Amb quod in S. pag. *Algaſ.q.2.*
*Puer* duo ſignificet: paruulũ & ſeruum & vtroq; *Tom.1.*
ſenſu hic debet intelligi. Primò dicit: *Ecce puer
meus* id eſt paruulus meus. Loquitur eo modo, *Dial. con.*
vt teneritudinẽ & delicias amoris æterni Patris *Triphon.*
indigitet erga Chriſtum, & pariter Chriſti inno-
centiam: ideo D. Iuſtinus Martyr, catalogũ con-
ſcribens nominum Chriſti, hoc vnum inter alia
conſiderat. *Puer.* Innocentiſſimus eſt: in quo dolus
nullus, nulla fraus, nulla traditio, nulla mentis
duplicitas, eo planè modo, quo D. Pe. nos optabat
eſſe paruulos: *Quaſi modo geniti infantes, rationa-* *1.Pet.2.2.*
*bile, ſine dolo &c.* Secundo ſeruum indicat. *Ecce* II.
*ſeruus meus.* Eo nomine filium appella; nõ quod Quomo-
Deus non eſſet, aut filius ſuus natura is, talis vti- do Chri-
que erat, talemque ſe comprobauit, vt ait D. Pa. ſtus dica-
*Qui prædeſtinatus eſt filius Dei in virtute, ſecundũ* tur ſer-
*Spiritum Sanctificationis.* Prædeſtinatus vt ſit filius uus.
Dei naturalis atque vt talis, virtute pollens diuina *Rom.1.14.*
ſanctificandi, & dandi Spiritum S. auctor gratiæ,
& ſanctificationis. Hoc eſt eſſe filium Dei natu-
ralem, habere virtutem ſanctificandi, & creandi
Dei filios adoptiuos.

Hoc iterum ait Apoſt. *Primus Adam factus eſt* *1.Cor.15.*
*in animam viuentem, nouiſſimus Adam in Spiritũ* *45.*
*viuificantem.* Primus Adam animam adeptus eſt
viuentem, ex qua verus fuit homo, & virtutem
habuit homines generandi. Secundus autẽ con-
ceptus fuit cum eſſentia Dei adeo vera, vt filios
poſſit gignere Dei per gratiam ſanctificantem.
Verus erat Deus æqualis Patri, ſed ſeruus voca-
tur. Primò: ex ea parte, qua homo erat, & ve-
ram habebat humanitatem, ſecundum quam
minor erat Patre, ipſoque inferior. Secundò, vt
declaretur quòd totum Chriſti myſterium factũ
ſit in gloriam & Patris cœleſtis obſequium No-
ta eſt iuris illa propoſitio, ſeruus quidquid eſt,
aut

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

aut habet aut agit: Domini eſt: Totus ipſe, & in
omnibus Domini eſt. Talis fuit Chriſtus, totus
in gloriam Patris; atque vt ageret, quidquid illi
Pater faciendum imponeret, noſtram ſcilicet re-
de@ptionem ad ſui nominis exaltationem. Nec
ſibi meruit gratiam, non eius augmentum, non
gloriam eſſentialem, nec virtutes, nec dona: om-
nia in noſtrum ceſſerunt commodum, Patriſ-
que ſui gloriam & famulatum: *In laudem gloriæ
gratiæ Dei:* Hoc eſt quòd heri ex eius ore perce-
Ephe.2.6. pimus: *Ego gloriam meam non quæro, ſed honorifico
Patrem meum.*

☞ 44 Inſuper ea de cauſa ab Apoſtolo vocatur:
*Splendor gloriæ Patris.* Splendor ſolis eo dirigitur
vt eſſe, claritatem, & ſolis demonſtret pulchritu-
dinem: & hoc ipſum Chriſtus peregit: etenim
manifeſtauit gloriam, pulchritudinem, magnitu-
dinem & eſſentiam Patris: quocirca iam moritu-
Ioa.17.6. rus ait: *Pater manifeſtaui nomen tuum hominibus.*
III. Talis eſt iſte ſeruus meus: vnde & *Suſcipiã eum.*
Quid ſig- Hoc verbum *Suſcipere* ſignificat in ſe ſuſcipere,
nificet in curam ſuam, defenſionem & auxilium. Sic
*Suſcipere.* enim ait Apoſt. *Suſcipite inuicem, ſicut & Chriſtus*
Rom.15.7 *ſuſcepit vos*; & iterum: *Suſcipite infirmos.* Idcirco
1.Theſſ.5. rogabat Dauid: *Suſcipe me ſecundum eloquium
14. tuum, & viuam, & non confundas me.* Vnum ex
Pſal. 118. altero ſequitur: quandoquidem ipſe vt fidelis Pa-
116. tri ſeruus, nullum aliud ſtudium cordi habuit,
quàm Patris honorem: Pater ſimiliter nihil ita
ſpectare debebat vt filij ſui dignitatem: ſi nam-
que Deus eorum curam gerat qui ipſius Dei cu-
ram gerunt, & ante promiſerat ijs, qui de locis
ſuis ac regionibus aſcenderent diebus Paſchatis
ſolemnioribus ac feſtis ab ipſo præſcriptis, vt
omnem abijcerent curam, quòd ipſe in ſe curan-
das ſuſciperet eorum ædes, bona, ac domos, quo
tempore hoc eius ſeruitio detinerentur, quantò
magis eius gloriæ proſpiceret, qui numquam a-
liud quidquam præter eius gloriã cordi habuit,
imo animo ita ſincero & feruido, vt pro illa vi-
tam ſuam fundere non dubitauerit? *Suſcipiam
eum*: ego ad honorem eius, dignitatum, & defen-
ſionem omnem meam cõferam induſtriam. Vn-
Pſ.3.6. de non malè dicere potuit ore Dauidico: *Ego
Pſ.53.6. dormiui & ſoporatus ſum, & exurrexi: quia Domi-
Pſ.39.18. nus ſuſcepit me: ecce Deus adiuuat me, & Dominus
ſuſceptor eſt animæ meæ.* In ambas dormiui aures,
quandoquidem Dominus nullo non tempore ad
honorem meum & defenſionem intendat: *Domi-
nus ſollicitus eſt mei* In hoc fundatur illa reſpon-
ſio, quam heri perfidis illis dedit, dum eum con-
uitijs appetunt acrioribus, dæmoniacum eum &
Samaritanum appellantes: *Vos inhonoraſtis me. Ego
non quæro gloriam meam, eſt qui quærat & iudi-
cet.* Ita mihi charus eſt, inquit Pater æternus, vt:
*Complacuit ſibi in illo anima mea.* Quod poſtmo-
dum altiùs intonuit: *Hic eſt filius meus dilectus, in
quo mihi bene complacui.* Hic mihi tollit omnem Mat.17.5
moleſtiam, abſit vt vllam mihi adferat; ipſe ete-
nim, qui omnem mihi abſtulit grauedinem, qua
mihi moleſti exſtiterunt, & exiſtent homines;
quantumlibet enim excandeſcam: in eum tan-
tùm intuendo, placatus ſum, ira deferuet, & ab
omni mens furore temperatur.

Proh! quot hic latent myſteria, in quo tota IV.
comprehenditur Theologiæ ſublimitas de no- Spiritus
ſtrorum ſcelerum remiſſione, de noſtrarum ani- S. requie-
marum iuſtificatione, & glorificatione; hæc enim ſcit ſuper
omnia in Chriſto & per Chriſtum efficiuntur, vt mundos.
ſæpe repetit Apoſtolus. Addit: *Dedi Spiritum meũ
ſuper eum.* Hoc ex illo ſequitur; cùm enim ſit ab
omni labe puriſſimus, in quo nihil non amabile,
requieſcet ſuper eum, inquit, Spiritus meus. *Eſt* Sap.7.22.
*Spiritus S. incoinquinatus, amans bonum, humanus,
benignus, mundus &c.* Hic non requieſcit non fi-
git ſedem, vbi culparum ſpinæ pullulant, vbi de-
fectuum & libidinum germinant immunditiæ.
*Non permanebit Spiritus meus in homine, quia caro* Gen.6.3.
*eſt*: dixit Dominus eo tempore, quo mundus ſce-
leribus immundus inhorruerat. Chriſtus ab om-
ni eſt culpa puriſſimus, totus amabilis, ita impol-
lutus, vt heri oſtendimus; vnde & ſuper eum to-
ta diues plenitudine requieuit Spiritus Sanctus.
*Requieſcet ſuper eum Spiritus Domini.* Euolat de Iſai.11.2.
arca columba, & in ipſa tantum illa requieſcet.
Procedit Spiritus S non ſolum à Patre, ſed etiam
à Filio, & in ipſo requieſcit taliter, vt non in a-
nima vel corde requieſceret, in quo Chriſtus
non habitaret.

Sed quid amplius his verbis Pater cœleſtis V.
indicauit. Eſt Spiritus S. amor Dei; propriè con- Spiritus
uenit amori dare idque tantò liberalius, quantò S. vt a-
fuerit ipſe feruentior. Si modicus ſit, modicum mor, libe-
tribuit, ſi multus & feruens, multa. Spiritus San. ralis eſt.
amor eſt infinitus; vnde datiuus eſt infinitè, &
bona largitur infinita; quocirca ſicut amor dum
ardens eſt, non requieſcit erga dilectum, ſed da-
to vno munere, & aliud atque aliud vult imper-
tiri, quamdiu dare poteſt, donec qui diligit pro-
prijs ſe denudet facultatibus, imo & cordis in-
tima profundat: omnia namque dilecto contri-
buit, ſicut Ionathas Dauid, etenim vſque ad tuni-
cam, qua tegebatur, omnia illi conceſſit; ſic &
Spiritus S. non quieſcit in largiendo hominibus;
& conceſſo vno, ſtatim agit de altero conceden-
do. Ea de cauſa, creato hoc mundo viſibili, refert



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Gen,1.2. Sancta Pagina. *Spiritus Domini ferebatur ſuper a-*
*quas.* ſicut auis incubat ouis, vt illis virtutem tri-
bueret producendi in mundo creaturas, attamen
dicit, quòd non quieſceret, ſed quaſi in continuo
motu volitaret, & reuolitaret ſuper aquas. Alia
lectio habet. *Volitabat ſuper aquas,* eſt enim amor
infinitus & cum aquas dediſſet, atque hæc viſibi-
lia in hominis commodum produxiſſet, nō quie-
uit: etenim vlteriùs progredi debebat, vt daret ſi-
ne termino, & infinitè: quocirca homine iam
creato, dedit illi tellurem cum plantis, fontes cū
refrigerijs ſuis, ſolem & lunam cum pulchritu-
dine ſua ſtellas cum luce ſua, cœlos cum ſuis in-
fluentijs, Angelos in cuſtodes: gratiam ſuam, do-
na ſua, ſapientiam ſuam impertitus eſt; & nedū
quieuit? ſemper enim quaſi volitabat vt daret
homini: quia amor eſt infinitus, nec quieſcit do-
na tribuens infinita. Porro quieuit ipſam largiēs
Ioa.3. 16. Deum in perſona: *Sic Deus dilexit mundum, vt fi-*
*lium ſuum vnigenitum daret.* Opus hoc fuit amo-
ris Dei, munus exſtitit talis amoris, quo dato re-
quieſcit: *Dedi Spiritum meum ſuper eum* Nihil vl-
tra reſtat elargiendum.

Poſſidet aliquis domi ſuæ fontem, omnes pro
» aqua ad eū confluunt, vnus vaſe capaciori, quàm
» alter: vno & altero die concurrunt, nec ceſſet à
» dando cunctis aduenientibus: porro ſi fontē ip-
» ſum eis largiretur, iam ſiſteret, nihil enim dandū
» ſupereſſet. Bonorum omnium fons Chriſtus eſt.
Pſ.35. » Hic in ſinu Patris quieſcebat: *Apud te eſt fons vi-*
10. » *tæ;* huc accurrebant omnes, quotquot aliquo in-
» digebant & omnibus dat affluenter. Quantā ſuos
Pſ.13. » largitur fructus vbertate, de quo dicitur: *Erit*
D.Am. » *tamquam lignum, quod plantatum eſt &c. quod*
In Pſ 1 » *fructum ſuum dabit?* Notat hæc verba pſalterij D.
» Amb. *Quod fructum ſuum dabit in tempore ſuo,* at-
» que in ijs hoc primum: *Dabit,* & ait: *Ligna terra*
» *fructum non dare, ſed ferre dicuntur.* Dare etenim
» ſupponit voluntatem, ſi proprie loquamur. Equi-
» dem Chriſtus liberè dat, & perfecta libertate.
» Dat omnibus affluenter, quantum indigent.
» Lignum vitæ (D.Ambroſ.) & ſapientiæ dat fru-
» ctum, hoc eſt, largiter donat. Omnibus liberaliter
» & abundanter dat fructus vitæ gratiæ, & fructus
» diuinæ ſapientiæ: quocirca omnes ad Chriſtum
» accurrebant, idcirco velut vitæ fons, qui de ſinu
VI. cœleſtis Patris naſcitur, abundanter liberalis, &
Pater no- liberaliter abundans omnibus ad ſe accurrenti-
bis per bus elargitur, cum omnia Pater operetur & de-
Spiritum cernat per filium, verùm hoc operatur Spiritus
S. dedit S. diuinus amor, vt nobis Pater hunc fontem tri-
filiū ſuū. buat, & per ipſum nobis illum profudit: *Sic Deus*
Rom.8.32 *dilexit mundum* &c. iam nihil ſupereſt tribuen-
dum. *Qui proprio filio ſuo non pepercit, ſed pro no-*
*bis omnibus tradidit illum, quomodo non etiam cū*
*illo omnia nobis donauit?* Non ait: qui nobis filiū
ſuum tradidit, ſed qui filio ſuo non pepercit, &
pro nobis omnibus tradidit illum, non enim illi
ſat erat illum taliter qualiter dare: nec vt hic ve-
nientem in mundum homines illum benigne re-
ciperent, illi ſeruirent, nec molli goſſipio (vt dici-
tur) illum reclinarent, ſed non pepercit illi, verū
crudeliſſimæ omnium beſtiæ tradidit poteſtati:
malitiæ nimirum efficaci hoſtium ſuorum, imo
ipſius diaboli. *Fera peſſima,* quam dixit Iacob, Ge.37.33.
quæ filium illius in fruſta diſcerpſit, vt in eum
ageret quidquid aut poteſtas poſſet aut voluntas
vellet, vſque ad mortem crucis ignominioſam.
Qui tam liberaliter filium ſuum ea dedit inten-
tione, atque vt nobis ſuum profunderet ſangui-
nem, vitam ſuam, ſua merita, ſuam redemptio-
nem, qua ratione ſuſpicabimur, illi quidquam ſu-
pereſſe quod nobis minimè tradidiſſet?

His fundantur argumenta S. Theologiæ de
cauſſis Incarnationis filij Dei, qui namque illum
principaliter operatus eſt, amor hic fuit Dei, cū
enim ſit ſummum bonum, homini cupiebat ad-
ferre ſummam diuinæ eſſentiæ communicatio-
nem, hæc autem fit per myſterium, quo factus
eſt homo. Domine mi, quid rerum faciet iſte tibi
chariſſimus filius quando factus ſeruus in mun-
dum venerit, ſeque in eo manifeſtarit? *Non cla-*
*mabit, atque accipiet perſonam, neque audietur vox*
*eius foris.* Legit D. Matt. *Non contendet, neque cla-*
*mabit nec audiet aliquis in plateis vocē eius.* Quo-
modo fiet iſtud? Hoc hodie conſidera, quia in lo-
co omnium maximè publico, id eſt, in templo
Hieruſalem, in die maioris populi confluxus, in
feſto ſolemniori ſtat, vocem attollit, & clamat. *In*
*magno feſtiuitatis die ſtabat Ieſus, & clamabat.*

Duo ſunt genera clamoris, vnum contentio- VII.
ſum, & iracundum, dum verba effutis inordinata, Duo ge-
hic malus eſt clamor & filius iræ, crimen capi- nera cla-
tale: de quo meminit Apoſtol. *Ira & indignatio,* moris.
*& clamor, & blaſphemia tollatur à vobis.* Vt de- Eſhe. 4.31
clarat D.Greg. *a.* & appoſitè D. Tho. *b.* & hunc a Lib. 31.
Chriſtus non habuit, in quo fuerunt affectus om- mor. c. 31.
nes ita moderati, vt eorum nullus eſſet incompo- b 2. 2. qu.
ſitus. Eſt & alius clamor, qui oritur vel ex deſi- 158. ar. 7.
derio alicuius rei, vt enim oſtendas, quàm arden-
ter illam exoptes, clamore magno tibi illam cō-
cedi efflagitas, vel ex pœna ſeu dolore, quo ex
recepto damno affligeris, vides etenim domum
exuri, vt autem auxilium adferatur, vocem ex-
tollis, & hunc habuit Chriſtus, noſtrum enim e-
xoptans bonum, & illo nos inuitans, videns nos

huic nequaquam attẽdentes,vociferatur vt gra-
dum ſiſtamus,illumq́ue auſcultemus. Noſtrum
intuetur malum quòd feſtino gradu ad tartara
properemus, nihilq́ue ſit quod nobis remoram
iniiciat,vociferatur,nobis acclamat, vt aures illi
præbeamus, ac imminens nobis periculum at-
tendamus.

Clamore magno ſæpe prædicandum eſt:quo-
modo vis diſcurſus eſſe ſubmiſſos, ſi domus tua
flammis in cœlum aſcendentibus exuratur,iram
commouendo diuinam: tu vero ſtes otioſus vt
cytharam pulſans,riſui deditus, iociſq́ue intrica-
tus?Qualiter vis hic ſe à clamore cohibeat, qui
te cernit greſſu ad infernum tendere celeriori:
quem diabolus hoc itinere properantem abripit,
quod ita volupè perambulas: tu verò lætitiæ,cã-
VIII. tibuſque ſocors indulgeas?Quas voces nõ emit-
Similitu- teret medicus in vrbe lue contagioſa infecta, in
do. qua febribus homines,& peſte mortifera langue-
rent, ſi non leuibus expenſis cordiale confeciſſet
ſufficiens vt omnibus illud ſumentibus ſalutem
valeat impertiri: videret nihilominus, quòd ad
illud inuitando,imo gratis concedendo, non eſ-
ſet,qui accederet, imo ſinguli dicerent: hac ego
peſte infectus manere geſtio, & hac ardentiſſi-
ma febri decumbere?

IX. Apertiùs loquor. Duo ad Chriſtum ſpectabant
Ad ſua quæ eius perſonam tangebant, & quæ noſtram
Chriſtus ſalutem & remedium. Si ſpectes illius negotia,
tacet, ad non idcirco vociferabatur:quinimo ſupremis ap-
noſtra ve- petitus conuitiis vt agnus detonſus, non a-
ro voci- periens os ſuum obmutuit: *Sicut ouis ad occiſio-*
feratur. *nem ductus eſt, & non aperuit os ſuum. Qui*
*Iſa.* 53.7. *cum malediceretur, non maledicebat; cum*
1.*Per.*2. *pateretur non comminabatur.* Ipſa nocte, qua
23. captus ab inimicis ſiſtitur in eorum concilio,
& repetitis quæſtionibus contra vitam ſuam
interrogatus,nihil reſpondit: ita vt ad vnum ex
ore eius verbum extorquendum expedire iudi-
cauerit ſummus ſacerdos eum per Deum viuum
*Matt.* 26. adiurare: *Adiuro te per Deum viuum,ut dicas no-*
66. *bis* &c.Ad Herodis tribunal adductus,& moleſta,
nimis ac frequenti interrogatione prouocatus:
*Interrogabat eum multis ſermonibus:* ſemper tamẽ
tacuit & quamuis præſentes adeſſent Principes
*Luc.*23.9. ſacerdotum *Conſtanter accuſantes eum*, ſilentium
tamen ſeruauit altiſſimum. In prætorium tra-
ctus Pilati,de grauibus multiſq́ue criminibus ac-
cuſatus, & vna atque altera vice interrogatus ſic
ſilens obmutuit: *Vt miraretur Præſes vehementer.*
Fruſtra exſpectas ab eo,quòd vocem ſit ſublatu-
rus, contra inimicos expoſtulans, aut cum illis
acriter contendens, aut in defenſionem ſui vel
verbum adducturus: nequaquam: *Non contendet*
*neque clamabit.*

Myſterium hic contemplare paſſionis Domini 46
noſtri verè ſublimiſſimũ,nam idcirco Pater cœle-
ſtis illud hic notãter indicauit. Quem mihi reũ
inuenias,qui licet culpæ noxius, dum accuſatur,
non pro ſe reſpondeat, & accuſatoribus ac teſti-
bus ſe opponat aduerſarius, toto laborans ſtudio
vt crimen vel neget,vel excuſando diminuat?Et
quis hominem vidit nullius flagitij reũ, & qui
perfectam poſſit dare ſatisfactionem,& innocen-
tiæ ſuæ teſtimonium,ſi falsò tamen & malitiosè
raptus ſit ad tribunal, vocem ſuam coram Iudice
non attollat, proteſtatus iniuriam ſibi inuri gra-
uiſſimam ad Dei prouocans iuſtitiam,ſeipſum e-
xonerans, & contra accuſatores ſuos leonem in-
duens,excandeſcat: Ab vnico Chriſtus Dominus
noſter commendatur, quòd in omnibus, & per
omnia tacuerit,nec cum inimicis cõtenderit,nec
in aduerſarios teſteſque fremens inſurrexerit,
nec falſis eorum reſponderit obiectionibus, nec
quidem dixerit, obiecta crimina vera non eſſe.
(habes hic illud: *Non contendet, non clamabit.*)
ſed diuinam illam integritatem ſeruauit,nõ con-
queſtus eſt,non appellauit, non proteſtatus eſt,
non contradixit: illud complens, quod in agni
ſacrificio præfigurabatur à Deo præſtitutum,ne
os aliquod confringeretur,per hoc integritatem
ſignificans Saluatoris, illud prototypon non ſu-
peratum, & ab omni infirmitate alienum: illud
non conqueri,non ingemiſcere, non in aliquem
commoueri,non in alios proteſtari,eximium per
hoc demonſtrans illud Sacramentum, quod in
præclara eius morte comprehendebatur. Itaque
in eo quod ipſum concernebat,tacuit Dei ſe cõ-
mittens iudicio,qui in ſe ſuſceperat honorẽ eius
tueri integerrimum iamque dixerat: *Suſcipiam*
*eum*: Illud conſidera in eo quod heri propoſuit
nobis Euangeliſta: cum enim tam horrendis eũ
inimici conuitiis laceraſſent Samaritanum &
dæmoniacum calumniantes, inſignem ſemper
ſeruauit manſuetudinem,tota, vt vidimus,benig-
nitate reſpondens imperturbatus cœleſti ſuo Pa-
tri & ſeipſum commendans protegendum: *Eſt*
*qui quærat & iudicet.*

Verum enim vero in iis quæ nos ſpectant,vo-
ciferatur,clamores edit,& altum intonat;agebat
enim cum ſurdis,cum miſericordiæ ſuæ cõtemp-
toribus, cũ iis qui voluntariè in animæ ſuæ rui-
nam properabant. Clamore valido locutus eſt
nobis condolens, & cernens quàm flocci vitam
æternam faciamus, & quàm feſtinè ad tartara
procurramus. Voce magna clamauit, dum illi
non

non reſpondemus, & ad eius clamores obſurdeſcimus, & tactus dolore cordis intrinſecus, cum ſiti deficiamus, nobis ille viuas offert aquas: nos autem illas peruerſi repudiemus: Hæ ſunt eius voces: *Si quis ſitit, veniat ad me, & bibat.* Illa ſpe-
Iſai. 55. 1. ctat vatis Iſaiæ verba: *Omnes ſitientes venite ad a-*
In ca. 55. *quas.* Notat D. Hier. quòd in Hebræo ſit quædã
Iſa. To. 5. interiectio, quæ apud Hebræos eximium deno-
X. tat dolorem & compaſſionem: *Heu qui ſititis, ve-*
Similitu- *nite ad aquas.* Metaphora ſumitur ab eo, qui me-
do. dius ſtat inter morſos à ſerpentibus, & aſpidibus ſiti morientes, cuius hoc omne ſtudium eſſet, vt anxia nimis diligentia aquam inquireret, ſi forte fontem inueniret aquas ebullientem ſuaues, recentes, refrigerantes, illaſque ſitientibus offerret: & quidem gratis: videret autẽ neminẽ accedere, bibere velle neminem, imo potius cunctos cœnum magna moleſtia, & ſudore effodientes illudque inter manus comprimentes, ſi forte vel aquæ guttã elicerent, quæ vel non efflueret, vel lutoſa foret & maleſana: quo cordis dolore, & commiſeratione exclamaret? Heu amici mei, ſiti pereuntes, attendite, quòd vbi aquas quæritis, eas nequaquam inuenietis, ſaltem tales, quæ vobis ſitim extinguant, imo potius illam irritabunt acerbiùs. Venite, & videte, ecce viuentes offero vobis aquas limpidas, recentes, ſanas & quidem gratis, nullo veſtro labore, nullo impendio: ô quantùm ingemiſceret! Taliter Chriſtus ingemiſcit hodie, nobiſque condolet, hoc illi trahit de corde ſuſpiria, voces exprimit clamoroſas, noſtramque plãgitamentiam, fatuitatem & inſipientiam: *Heu qui ſititis, venite ad aquas* &c. Quænam ſunt, ô Domine, illæ aquæ? illæ quas nunc in mundo cõſiſtens promittit (ait D. Hier.) exclamando: *Si quis ſitit, veniat ad me, & bibat.* O quales aquæ! quàm viuæ, quàm efficaces, quàm ſufficientes vt ſitim extinguant, vitamque largiantur? ô quantum continent, & tribuunt refrigerium! ô quàm gratanter illas offert, & concedit, vt diximus de Samaritana! Illum cum ipſa deprecemur: *Domine, da mihi hanc aquam:* Fons diuine, da nobis hanc aquam, da nobis hanc per tuam miſericordiam, quatenus hic de fontibus illis gratiæ bibentes, illa in gloriæ pelago perfruamur. Amen.

# SVMMARIVM.

## HOMILIÆ TRIGESIMÆ SEXTÆ SEQVENTIS.

HODIERNVM Euangelium ad tria puncta reuocatur. In primo Dominus ab Euangeliſta ſcribitur in Galilæa, profugus à Iudæa timore mortis, quam illi in Iudæa Iudæi inferre moliebantur: vt enim eum aliàs nobis oſtendit diuina virtute fortiſſimum, ſic modo deſcribit illum humana timidum infirmitate. *a.* declarando veram fuiſſe huma- [a] §. 1.
nam naturam quam aſſumpſerat ex eiuſdem effectibus, quos ad ſui nominis aſſumpſit gloriam, nobis autem ad gloriam & emolumentum. *b.* Inter hos timor cenſetur [b] §. 2. 4.
mortis, quo perculſus ſæpius ſe ſubduxit. Primùm, demonſtrans aſſumptæ humanæ naturæ veritatem. *c.* ac licitum eſſe Chriſtiano fugam aliquando capeſſere tempore [c] §. 4.
perſecutionis. *d.* Secundum, pericula nobis eſſe declinanda. *e.* qui namque hoc mini- [d] §. 5.
mè agit cum poſſit, vultque vt Deus eum eripiat, tentator hic eſt Dei, vt exponit D. [e] §. 6. 7.
Auguſt. & facta Sanctorum nos inſtruunt. *f.* Tertiùm, nos docet, qua ratione nos o- [f] §. 8. 9.
porteat opera noſtra bona peragere diuinæ in omnibus conformes diſpoſitionis. *g.* In [g] §. 10.
ſecundo puncto quidam Saluatoris introducuntur parentes, qui nondum in illum credebant, eum adhortati vt Hieruſalem tenderet, proprij lucri cupidiſſimi: frequens hoc eſt admodum mundanis parentibus. *h.* Quibus reſpondet Chriſtus illis primò de- [h] §. 11. 12.
clarans quod gloriæ ſuæ myſterium ignorarent, per crucẽ explendæ *i.* nos pariter im- [i] §. 13
buens, vt tempus nobis conceſſum vtiliter tranſigamus, cum modicum ſit. *k.* Et ſecun- [k] §. 14. 15. 16.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN